No 6

Groſsi.

G.VI.6ro

2948/1

EE:86:XVI

31295

~~Camm 2ª. Scan. N. 94 F~~

~~K. V.~~ 9

THOMÆ GROSSII SYPONTINI
IN ACADEMIA FERRARIENSI
Medicinæ practicæ Profeſſoris Primarij

QVÆSTIO VNICA.

An morbi, qui in Italia, & præſertim in Gallia Cyſalpina, hoc anno euagantur, ſub nomine Peſtis, an verò inter Febres Peſtilentiales connumerari debeant.

Vbi de eſſentia, cauſis, ſignis, & differentijs Contagij; de præſeruatione, & curatione Peſtis, Febriſq. peſtilentialis breui, & exacta methodo multa præſcribuntur obſeruanda à Principe, & à Priuato in vnaquaque Republica antequam Peſtis, ſeu Febris peſtilentialis adueniat, tempore quo graſsatur, & poſtquam abierit, ne denuò recrudeſcat.

Ad Eminentiſs. & Reuerendiſs. Principem

ANTONIVM BARBERINVM,

VRBANI OCTAVI ex Fratre Nepotem, in Italia à Latere Legatum; & S. R. E. Cardinalem Ampliſſimum.



VENETIIS, *De Licentia Superiorum*, M. DC. XXXI.

Apud Marcum Antonium Broiollum.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

ANTONIO BARBERINO,

VRBANI OCTAVI EX FRATRE NEPOTI;

In Italia à Latere Legato, & S. Romanæ Eccleſiæ Cardinali ampliſſimo.

DVplex ignis hoc, quo infeliciter circumagimur ſeculo, in Italiæ medullas graſſatur; alter belli, peſtilentiæ alter; Vterque ex duro Sathanicæ immanitatis ſilice excuſsus, & ex tartarea flamma renatus; Vterque ad tot dolentium animarum ſuſpiria, veluti ad auras leniter afflantes, excreſcit, & exultat: Vterque funeſtat agros, deuaſtat vias, ciuibus vrbes exhaurit. Tu, Princeps Eminentiſſime, ad extinguenda bellica incendia, tuos glorioſos ſudores, veluti lympham è Cœlo delapſam contuliſti, & cum Propontificis ſublime munus impleres, aureis Sanctiſſimi Vrbani clauibus, diſcordiam tartareis obſignare carceribus, & pacem è Cœleſtibus reſerare poſtibus, omni opera, omniq. ſtudio curaſti. Tuam induſtriam, & laudatiſſimos labores in exterminando altero peſtilitatis igne, hoc tempore medica facultas imitatur, quæ non minori conatu ſalubritatis pacem ægris corporibus reſtituere molitur. Ego, qui medicam profiteor diſciplinam, hiſce meis lucubrationibus in mortiferam cladem detrudendam totus incubui, & cum meæ curæ ſit calamitosè labo-

rantibus ſuppetias ferre, hoc opuſculum ſponte ad te libenter accurrit, qui miſeros excipere, ægeſtatem ſubleuare, ærumnis intercedere dignaris. Accedit, quod cum Principibus hoc tempore adimplenda, ad vrbium ſalutem, præſenti indigitem commentario, quidni Tę veneraturus erat, tuoq. nomini dicandus? qui inter Principes, & dignitatis celſitudine, & virtutum eminens magnitudine, imitatus ſcilicet Sanctiſſimum Patruum tuum VRBANVM, proximum Diuinitati caput, ad cuius heroicas virtutes, tamquam ad bonorum omnium ideam, mores, vitamq. tuam ſumma cum laude componis; Vt propterea tuæ purpureæ dignitatis illuceſcente aurora, adhuc nitidiſſimus tuæ gloriæ phębus eniteſcat; Me quoque ad lucem tuo nomini huic opellæ præſcribendam excitauit erga præſtantiſſimum Principem fratrem tuum Taddeum, Eccleſiaſticæ militiæ generalem Ducem ſingularis obſeruantia, & obſtrictiſsima voluntas; ab illius enim beneficentia, ac patrocinio, non ſolum primarium in Accademia Ferrarienſi medicam artem interpretandi munus; ſed etiam innumera propemodum, eaq. maxima, & honorificentiſsima retuli beneficia; in quem Patronum cum duplici, venerationis, gratiq. animi totus ferar affectu; centum, quæ iam paraui Medica Conſilia, ipſius nomini conſecrare meum, quod totum ipſi debeo, audebit ingenium: Interea accipe Tu hos meos qualeſcunque labores, tuæ ſingularis imitamenta ſedulitatis, meiq. erga tuam eminentiam deuoti obſequij pignus immortale. D.O.M. tua vota, Princeps optime, fortunet.

Humillimus, & deuictiſſimus ſeruus
Thomas Groſſius Sypont.

EMINENTISSIMO PRINCIPI
Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali
ANTONIO BARBERINO
Pro Operis Dedicatione.
Carmen.

DVM premit Italiam Mauors, bacchatur Erynnis,
Dumq. ferox Bellona Comas criſtata trilingui
Angue ruit, ſæuam in cladem parat Ægida Pallas;
Gallus & hinc, inde Hyſpanus comitante furore,
Caſtra mouent, contra Aquilas ſtant æquore aperto
Lilia, graſſatur Mors pallida, feruet vbique
Martis opus, tum cædis Amor crudeſcit in Iras;
Vndique pila pluunt, iaculis obtexitur Aer,
Concurrunt per inane faces, volat Ignea lampas
Per nymbos, totiſq. in prælia viribus itur,
Nec mora, nec requies, furor vndiq; & vndiq; ferrum.
Dumq. Hominum ſacro Peſtis contagia Morbo
Ora premunt, ſicco Tabes, Torporq. per Artus
Sanguine voluuntur; præceps agit omnia fatum;
Nam languor cum Morte venit, ſua ſtamina ſcindunt
Parcæ, & auernales laxantur pondere puppes.
Tu Genus Heroum magnæ ſpes maxima Romæ
VRBANIq. Nepos, Petri qui in ſede coruſcans

Claue

Claue regit gemina, cunctis mirantibus, Orbem;
Tu ANTONI generoſe, datur cui tanta Poteſtas,
Vt tua ope Jtalia optata iam pace fruatur;
Accipe fronte præcor, læta, hæc tibi ſtegmata, GROSSVS
Quæ dicat, vt Peſtis monſtra imas tollat in vmbras,
Atque fuit tua ſi virtus proſternere Belli
Tot facies, Acies, Duce te, ille fugare nocentes
Sperat, & horrificum Peſtis diſſoluere monſtrum.
Tu interea ſis præſens flos iuuenum, atque fauorem
Adde benigne tuum, paruiſq. adlabere cęptis.
Tempus erit forſan, moueat quo pharmaca fidus
Cuncta tuum in Robur GROSSVS, ſtudeatq. ſaluti
Jpſe tuæ toti redolens, atque vtilis Orbi.



DI MONSIG. ALFONSO PANDOLFI.

DIffonde Aletto i Morbi, e di veleno
Empie d'Eſperia la più nobil parte,
Sparge il GROSSI l'inchioſtro in dotte carte,
E inaffia di ſalute il bel Terreno;
Già la Morte de l'Vrne il grembo hà pieno,
Or con armi di Peſte, ed or di Marte;
Ma quì Penna famoſa armata d'arte
Pone a la Peſte, & a la Morte il freno.
Or che Tromba guerrera intorno ſuona,
Queſta pena combatte, e i morbi opprime,
Per campo hà il Mondo, e Fama per corona.
E mentre al grande ANTONIO i detti eſprime,
Vincitrice Guerrera appende, e dona
Al ſuo Gioue terren le ſpoglie opime.

EIVSDEM AVCTORIS.

TV falsè aliquãdo Peſtis rumor hoc atramẽto erubeſce.
Tu verò nigricãte charactere ſalubris cãdeſce ſapiẽtia,
Tuq. medica eniteſce Gloria.
O mortales tot morbis feſſi hoc ingenioſò labore recreemini.
O ſæculum ferro, ac lue exanimatum, hoc aureo calamo, firma hac aſſurge doctrina.
O genus humanum tot Mortis ſauciatum telis, hac vitali ſapientia reuiuiſce.
THOMAS GROSSIVS Mentes admiratione, Principes conſilijs, Vrbes ſalute, Orbem fama compleuit.
Tanto Viro gratias habete, agite, diù per Ipſum non morituri mortales.

PRO-

PROSOPOPEA

Peſtis loquitur.

NON vltra ſum Peſtis atrox, Acherontis aduſti
Filia, perque Virûm corpora, dira lues;
Me ſtudio effecit Groſſus; calamoque ſuauem,
Optatæ eſt Medica qui arte repertor opis;
GROSSVS fatorum potis eſt qui infringere leges,
Præfixumq. Homini multiplicare diem.
Si Androgeum rapuit Stigijs Epidaurius vmbris;
Sique ope Chironis vulnus inane fuit;
Hic Sophiæ ſolitos latices haurire ſalubres
Atropon à filo cogit abeſſe procul.
Lector amice, tuæ ſi qua eſt tibi cura ſalutis,
Sique optas febris pellere virus edax;
Fac ſtudeas folijs, quæ ſcribit GROSSVS in iſtis,
Illi namque Deus condita noſſe dedit.

Sopra il Trattato de Peſte del Sig. Tomaſo Groſſio, Sonetto di Franceſco Baba.

MENTRE di Morte ineſorabil ſtrale
Scocca, Figlia d'Auerno, horrenda Arciera,
V'oppon lo ſcudo il GROSSI, onde non pera
Per l'occulta ferita ogni mortale.
Se de le vite Atropo il lin fatale
S'affretta di troncar cruda, e ſeuera,
EGLI con arte inuſitata, e vera
Rintorce i fili, e dà rimedio al male.
Qual Galeria d'Apollo, iui s'appende
L'Vſbergo fin, con cui, ſe s'arma il petto,
Da le punte letali huom ſi difende.
Quiui in ſomma, Lettor, vedrai riſtretto
Ciò, che ſcacciar può il mal, che sì n'offende;
Ciò, che la fiamma eſtinguer può d'Aletto.

INDEX

INDEX EORVM QVÆ IN HOC OPVSCVLO notatu digniora continentur.

AER in ſententia Cardani ſecundum ſubſtantiam corrumpi non poteſt. pag. 6
Aer corruptus quomodo inficere habeat corpora. 6
Aer diu cohibitus venenoſus euadit. 7
Aer peſtiſer qua via venenum in corporibus noſtris inducat. 8
Aeris corruptioni morbiſq. peſtilentialibus qui maximè ſint expoſiti. 10
Aer, qui nunc calidus, nunc frigidus, nunc nubiloſus, nunc ſerenus redditur, peſtem cur minetur. 11
Aerem, quæ indicant Cœli cauſa eſſe corruptum, quæ ex prauis de terra exhalationibus, quæ aquarum vitio. 12
Aer num poſſit eſſe cauſa febris peſtilentialis ſine peſte. 37
Aer vbi ipſe eſt cauſa peſtis aerea animalia interficit. 39
Aerem nunc temporis non eſſe corruptum demonſtratiuè probatur. 39
Aere de infecto parum aut nihil inſpirare oportet. 59
Aer tempore peſtis num debeat igne alterari, quomodo, & quando. 55
Aer qui fiat vt venenari non poſſit. 36
Aeris malitia qua induſtria corrigatur tempore peſtis. 60
Aer quomodo, & quibus debeat rectificari in tempore peſtis. 86
Acetum in peſte ſalutare remedium. 79
Acida omnia, tempore peſtis, cur proficua cenſeantur. 87
Acipenſeris laudes. 67
Acipenſer, quo apparatu antiquitus à Romanis apponebatur menſis. 67
Æſtas pluuioſa maximè diſponit ad peſtem, & cur. 7
Æſtate, cur prorſus interdicendus ſit concubitus præſertim tempore peſtis. 70
Aldrouandi hiſtoria de carne pauonis. 65
Allij vſus theriaca ruſticorum appellatum cur improbetur ab auctore. 72
Aloes cuius virtutis, & conditionis ſit. 41
Aloes ſuperfluitates peſtilentiales cur mirifice educat. 74
Aloes à corruptione præſeruat. 67
Amuletum argento viuo plenum, & cordi appoſitum probatur. 34
Animalia ad quotidianum victũ deſtinata extra vrbẽ cur mactari debeãt. 51
Animalia quot ſunt, quæ vnicornum habent. 85
Anthrax quid ſit. 90

b *Apol-*

INDEX.

Apollonius Thianeus peſtem Epheſijs prædixit, & unde. 12
Apoplexia, & Epilepſia cur morbi contagioſi non ſint. 36
Athenienſes cur templum erexerint cum inſcriptione Ignoto Deo. 48
Athenienſes in ſæuiſſima illa peſte, de qua Thucidides, quare criminati fuerunt Periclem. 50
Auicennæ dictum, cameras, ſcilicet, infrigidandas eſſe tempore peſtis, quomodo ſit intelligendum. 55
Auſter peſtem generat reſiſtit Aquilo. 51
Aura, quæ ex lauris expiratur ad peſtem fugandã appoſitiſſima, & quare. 54
Auctor cur cornu vnicornu minime fidem præſtat. 85

B

Balnea, cur interdicantur tempore peſtis. 69
Balnea, quo apparatu, & quando concedi poſsunt in tempore peſtis. 69
Balſamum ab aere corrupto, cur maximè præſeruat. 77
Bartholomei Montagnani locus, qui probat ex bubone non bene argumentari peſtem. 31
Bibaces, cur de facili febre peſtilentiali ad internicionem præmantur. 66
Bolus armenus, cur maximè Epidemiæ conferat. 71
Bolus armenus in morbis peſtiferis, cur ſemper propinari cum vino debeat. 84
Boues, quo modo aerem puriorem reddant. 86
Bubones, qui benigni dicantur, qui maligni, & peſtilentiales. 31
Bubonis maligni, & peſtiferi cur in ſententia multorum non fecerint mentionem antiqui. 31
Bubones, Antraces, Carbones, & huiuſmodi his ſtantibus non cauſticis igneis, ſed placidis temperatis curantur. 38
Bubo quid ſit, vbi generetur, & cur ita ab antiquis nominaretur. 91
Bubonis materia quæ. 91
Bubo peſtifer, quibus à non peſtifero dignoſcatur. 92
Bubones peſtiferi, cur frequentiſſimè ſunt in inguinibus rariſſime in capite. 91
Bubonibus in peſtiferis multa ad curam ſpectantia proponuntur adnotanda. 94
Bubones, & alij tumores præternaturam, cur potiſſimum in febre peſtilentiali, & peſte conſpiciantur. 91

C

Cadauera mortuorum animalium quomodo inficiant aerem, & ad peſtem diſponant. 7
Cadauera mortuorum inſepulta eſſe, nec concremanda iuxta ciuitatem permittant Principes tempore peſtis. 56
Cadauera eorum, qui peſte grauantur non eſſe contagioſa qui dicit errore tenetur. 56
Calor peſtilentialis qualis, & cuius ſit conditionis. 13
Canes & Feles cur interfici inutiles debeant tempore peſtis. 51
Canes infecti num poſſint veſtimentis alijſq. fomitibus cõmunicare venenũ. 4

Cana-

Canapes & Lini ſemper, ſed potiſſimum tempore peſtis extra vrbem macerari debent. 51
Caputpurgium peſti inimicum proponitur. 78
Carbunculus in quo conueniat cum Anthrace. 90
Carbonis materia, quæ dicatur. 92
Carbo Ignis Perſicus, ſiue Bruma, quid ſint, & cur ita nominentur. 92
Cardinalis Sacchetti Ferrariæ Legati indicibilis vigilantia. 39
Cardinalis Sacchetti prouida manu vniuerſam legationem ab imminenti periculo ſubleuauit. 44
Cardinalis Magalotti Ferrariæ Epiſcopi miræ probitatis exemplum. 46
Cardinalis Spata Bononiæ Legati prouidentia. 49
Carduus benedictus, cur apud Theophraſtum in pretio habeatur tempore peſtis. 72
Caro viperina, peſtis tempore, medicina cibalis, quæ omnes alias medicinas imperat. 66
Caro Pauonis, qui fiat, vt incorruptibilis dicatur. 65
Caro Ceruina, quare à febre, & a venenis præſeruet. 66
Cauſæ generantes peſtem quot ſunt. 5
Cauſæ peſtis quæ in ſententia Aſtrologorum. 10
Cauſa morbifica num poſſit diu in fomite conſeruari. 52
Cauſa mortalitatis quadrupedium animalium in agro Ferrar. quæ fuit. 43
Cauteriorum laudes in peſte, & morbis peſtiferis. 71.84
Cautela in aſſumenda Theriaca febris peſtilentialis tempore. 73
Celij Calcagnini patritij Ferrar. aureum documentum ad peſtem ſpectans. 28
Celſi notabile dictum. 84
Clearci Eracleoti Tiranni Hiſtoria de venenis. 77
Clericum negotiatorem ex inope diuitem, & ex ignobili glorioſum, quaſi quaſdam peſtes fuge in ſententia Auicennæ. 54
Cibis in aſſumendis ſeruandus eſt ordo, & quare. 63
Cibis ſimplicibus vti, præſertim tempore peſtis, tutius eſt quàm multis, & varijs. 63
Cibus opportunè datus optimum medicamentum in peſte febre peſtilentiali. 80
Cibi, qui laudantur ad rectificandos ſpiritus dum peſtis euagatur. 85
Cibi quicunque grauiter, & moleſte digeruntur peſtem alunt, & peſtilentem febrem generant. 65
Cibi vim venenorum propulſatricem dum peſtis euagatur, cur poſſidere debent. 79
Cibis non ſatiari, & non eſſe pigrum ad laborem ſalubritatis eſt tutela. 65
Citra mala reponebantur antiquitus, vt commixta veſtimentis, præſertim ea à peſte defenderent. 62
Citri deliquium quomodo apparetur. 75
Cœli alterata conſtitutio morbis euagantibus diſpoſitiuè cauſam præſtitiſſe. 43

Commeſſationes, & crapulæ tempore peſtis, cur ſint fugiendæ. 87
Congreſſus frequentes tempore peſtis periculoſiſſimi. 49
Concubitus quare interdici debeat tempore peſtis. 70
Confectiones multæ proponuntur contra peſtem, febriſque peſtilentialis venenum. 75
Confectio vnica pro corde viuificando proponitur. 88
Conſerua propinanda ante alios cibos in præſeruatione à peſte. 80
Contagium quid ſit, & quas habeat cauſas. 3
Contagionum tres enumerantur differentiæ, & quæ ſint. 8
Contagium non vnius tantum eſſe poteſt, ſed plurium ſaltē duorū corporū. 3
Contagium ex immediato contactu vtrum maiorem perniciem afferat quam ex fomite, vel ex aere. 9
Coriarij cur rarò peſte tententur. 56
Corrigi, quod nequit cur expelli è corpore quam citiſſimè debeat. 81
Cor febris peſtilentialis, & peſtis proprium, & adæquatum ſubiectum. 20
Cordis ſolida ſubſtantia num poſſit peſtilentia affici. 20
Cor cur ſupra omnia ſit confortandum in peſte. 85
Corpus à quo malor in peſte communicatur quomodo triplex ſit. 3
Corpora, quæ loco veri fomitis eſſe poſſunt in peſte. 3
Corpus, quod à morboſo corpore venenum recipit quas conditiones ſortiri debet. 34
Corpora rara, & laxa num magis peſti expoſita ſint, quàm denſa. 34
Corpus recipiens contagium inter cætera debet eſſe alterabile, & inefficax ad reſiſtendum ipſi contagio. 35
Corpora tempore peſtis num rareſieri, & aperiri debeant. 69
Corpora ab excrementis libera, cur peſtis tempore eſſe debeant. 72
Corui quare circa contagioſa cadauera non conſpiciantur. 57
Crocus vires cordis lætificando, cur corroboret. 74
Cur magis lædantur à Lunæ radijs, qui dormiunt, quam qui vigilāt ſub ipſa. 68
Cruditas cur omnium malorum ibias ſit. 68
Cucurbitulæ, quando, quo in loco, & apparatu tempore contagij applicari debeant. 84

D

Deleteria omnia quamquam ſint valentiſſima etiam intra corpus aſſumpta in parua quantitate non poſſunt quidquam mali facere. 34
Dentifricium accommodatiſſimum ad peſtem fugandam proponitur. 78
Diuites & Primates quomodo ſint tractandi dum peſte tentantur. 57
Domus qualis debeat eſſe, vt peſti reſiſtat. 61
Dormientes, cur à fulminibus lædantur. 68

E

Elias Capreolus mirum narrat de peſte. 28
Empedocles Agrigentinus quomodo liberauerit patriam ſuam à peſte. 7

Electua-

INDEX.

Electuarium de Mirobalanis ad peſtem, febremque peſtilentialem fugandam mirabilis virtutis. 74
Electuaria multa proponuntur, vt peſti, febrique peſtilentiali reſiſtunt. 75
Electuarium pro corde viuificando laudatiſſimum. 88
Emplaſtrum dolori ſuccurrens, & maturatiuum in tumoribus peſtiferis appoſitiſſimum proponitur. 93
Euagrij auctoris grauis hiſtoria ad peſtem attinens. 28
Eſſe oportet vt viuas, viuere non vt edas in ſententia Socratis. 63
Exanthemata à carbunculis, & bubonibus in quo differant. 21

F

Familiæ integræ cur interdum ſint extinctæ, & ex vna domo contagium in proximam ſerpat. 9
Famem tolerare ſthomacum eſt prauis replere humoribus, & quare. 64
Febrilis calor, quibus alterari tempore peſtis debet. 87
Febris peſtilentialis in quo conueniat cum peſte. 1
Febris peſtilentialis definitio. 2
Febris peſtilentialis quas habet cauſas. 15
Febris peſtilentialis definitio nunquid diræ huic euaganti conſtitutioni tota adaptetur an potius peſti conueniat. 15
Febrem quartanam, qui ſemel paſſi ſunt, cur non ita cito, aut nunquam eadem tenentur. 15
Febres peſtiferæ fallaciſſimæ cur ſint. 13
Febres peſtilentiales, quæ ſpiritus inuadunt cur pernicioſæ dicantur. 14
Febres peſtilentiales, quæ ſolidas corporis partes occupant cur prorſus incurabiles. 14
Febris peſtilentialis certis ſignis cognoſcere impoſſibile. 13
Febres communes quæ dicantur, quæ particulares. 38
Febris peſtilentialis medicamenta calida pro ſui curatione non admittit, & quare. 38
Febres peſtilentiales, quæ in humorib. ſuccenduntur cur minus lethales ſint. 14
Febres euagantes vnde originem habuerunt. 17
Febris peſtilentialis quæ ſint cauſæ nonnaturales, quæ naturales, & præternaturales. 18
Febris peſtilentialis, & peſtis cur ex atra bile. 20
Febres putridæ cur non ſint contagioſæ. 20
Febre in peſtilenti omnes actiones læduntur, & modus traditur. 21
Febris peſtilentialis aſpectu terribilis cur à Galeno dicatur. 21
Febris peſtilentialis ſigna memoratiua quæ ſint. 22
Febris peſtilentialis eſſentia in quo conſiſtat. 22
Febris peſtilentialis externæ cauſæ quæ ſint, quæ internæ. 22
Febre in peſtilenti facultas rectrix quomodo, & quando læſa dicatur, quando ſenſitiua communis. 22

Febre in peſtilentiali, & præſertim in ecthica qui fiat vt pulſus, & vrina videantur ſimiles ſanis. 23
Febris peſtilentialis ſuapte natura lethalis, & quare. 25
Febris peſtilentialis cur vt plurimum peritiſsimos decipiat medicos. 25
Febris peſtilentialis rarò pertranſit 14. plerumque tamen in his iudicatur. 25
Ferraria, & Rauenna cur immunes, & liberæ à peſte euaſerint. 55
Fomes morbi in peſte qui dicatur. 3
Fomes numquid poſsit tranſmittere cauſam morbificam in alium fomitem, & fomes in alium. 3
Fomes peſtilentialis quotuplex conſideretur. 4
Frumentum putre num valeat excitare peſtem. 8

G

GAlenus doctiſsimè explicat cur in febre peſtilentiali quandoque pulſus fiat ſimilis ſanis. 23
Galeni prouidentia in præſeruando corpus à peſte. 59
Galeni hiſtoria cum de peonia. 62
Galenus doctiſſimè ſatisfacit aliquorum Medicorum ſimplicitati. 85
Galeni locus obſcurus clarificatur. 81
Gelu omnem contagionem extinguit. 34
Georgij Cedreni hiſtoria piiſſima. 48
Georgij Coſtagutæ auctoritas cum auctore. 28
Germani, qua mixtura peſti reſiſtunt. 76
Gentianæ radix, ad peſtem curandam maxime proficua. 72
Græcia cur Hypocrati ſtatuam erexerit. 60

H

HEctica peſtilens prorſus incurabilis, & quare. 25
Hirco qui cum putrido tempore peſtis comedunt, & dormiunt peccant, & vnà ſimul peccati penitentiam agunt. 55
Herbæ, quæ proficuæ exiſtimentur in febre peſtilentiali, & peſte. 87
Hirudines, quando, quo in loco, & apparatu tempore contagij applicari debent. 84
Hippocrates cum de peſte, cur non meminerit purgationis. 81
Hippocrates in caſu Critonis, cur non meminerit Sectionis venæ. 83
Hiſtoria Iacobi de Partibus ad peſtem accomodata. 37
Hiſtoria admiratione digna Thucidides narrat ad peſtem ſpectans. 28
Hiſtoria de veneno tarantolæ. 53
Hiſtoria D. Auguſtini de carne Pauonis. 65
Hiſtoria Thucididis. 70
Humores in febre peſtilentiali ſunt maxime à natura alieni, & vnde deducantur. 81
Humorem corruptum ſalubrius eſt exteriora potius, quàm interiora petere. 59

Hyſpania

Hyſpania humorum tenuium feraciſſima, & cur. 30

I

IAcobi de Partibus hiſtoria ad peſtem accomodata. 19
Iacobi de Partibus Hiſtoria ad balneatores, & balnea. 69
Ieiunans qui fiat vt in nocte frigeat. 63
Ieiunantibus vnde peruigilium, & inſomnia perturbata. 64
Ieiunium cur quandoque cordialgiam inducat. 64
Iectatio quæ propriè à practicantibus dicatur. 23
Ignis num poſſit aeris ſubſtantiam inficere, & quomodo. 7
Igne Peſtis fugatur, quandoque peſtis accenditur, & modus aſſignatur. 7
Igneus vapor cur peſtem ſignificet. 11
Igne excepto cur omnia putreſcant. 18
Ignis cur à ſe omne venenum repellat. 36
Igne quando aer non eſt depurandus tempore peſtis. 61
Infecti quare intra urbem non ſunt admittendi, neque res in quibus peſtis fomes reſidet. 52
Iulep ad cor viuificandum in tempore peſtis ſalutiferum proponitur. 88

L

LVdus tauricus quando inſtitutus, & quare. 31
Lupi quomodo peſtem præmonſtrent. 12
Lyppitudo cur ſit contagioſa. 19
Labor, cur interdicatur in peſte. 68
Lapis ſpinoſi ſuis, febris peſtilentialis maximè reſiſtit. 76

M

MArſilius Ficinus laudatur cum de peſte. 52
Magni Ducis Etruriæ prouidentia. 52
Marci Varronis, & Empedoclis Hiſtoria circa aeris rectificationem. 86
Magnis in morbis, cur ſemper euacuari ſanguis debeat. 83
Margaritarum magiſterium peſti, febrique peſtilentiali vnicum remedium. 76
Materia corrupta cum nulla digeſtione præmiſſa debent euacuari, præſertim tempore peſtis. 88
Medela omnis à Deo, ſed præſertim in peſte. 46
Medicina excogitari nõ poteſt ad arcendam putredinem, quæ cor occupauit. 14
Medicus, qualis deſideratur tempore peſtis. 85
Medici officium dum peſtis euagatur. 85
Medicamenta, quæ eligi debeant ad materiam educendam tempore peſtis. 89
Medicamentum ad bilem educendam peſtis tempore, accomodatiſſimum. 82
Medico ex vno multos non poſſe curari, Galenus teſtatur. 87
Medicis, qui non obediunt, cur medicinale conſilium dandus non ſit. 90
Medicamentis purgantibus in peſte ſemper admiſcenda eſſe, quæ venenoſitati reſiſtant. 82
Medicus quodcunque remedium faciat in peſte, magna pars ægrorum moritur

non remedij importunitate, ſed vi, & prauitate morbi. 83
Mentha, cur tempore belli interdicatur. 70
Mentha, cur ad libidinem corpora diſponat. 79
Meretrices cauſa generationis, & augumenti peſtis. 33
Metallum num poſſit eſſe fomes peſtis, & quando. 34
Mixtura, ſeu Tinctura venenoſa num valeat inducere morbum, & contagium eiuſdem morbi. 33
Modus verus apparandi puluerem viperinum, traditur. 72
Modus apparandi Rufi pilulas, celebratiſſimus in peſte. 74
Morbi magni, qui dici debeant. 83
Morbo in omni præſtolatio pernicioſa, in peſte pernicioſiſſima. 90
Morbilli cur impropriè morbi Epidemici appellentur. 30
Morbi, qui de præſenti euagantur inter febres peſtilentiales connumerari debent, & quare. 26
Morbus contagioſus qui dicatur. 3[illegible]
Morbi de præſenti euagantes qui ſint, quæ eorum eſſentia cauſæ, & ſymptomata. 14
Morbus, morbi cauſa, & ſymptomatria genera rerum præternaturam. 33
Morbi cauſa incorporea quæ ſit, quæ corporea. 38
Morbis acutis ſemper febres acutas eſſe coniunctas. 38
Morbi, qui euagantur nomine peſtis impropriè gaudent. 39
Morbos omnes etſi leues in peſtem conuerti tempore peſtis. 40
Morbi, qui euagantur inter febres peſtilentiales ſine peſte connumerari debēt. 40
Morbi, qui euagantur calidis recrudeſcunt mitigantur frigidis. 40
Morbi, qui euagantur ex contagio orti non ſunt, etſi contagioſi ſint. 40
Motus temperati vtilitates. 69
Motus cibus ſomnus Venus omnia mediocriter, Hippocrat. auctoritate. 68
Muſica ad phrenitidem experientia comprobatum remedium. 70
Myrrha, cur à corruptione præſeruet. 74

N

NAturæ omne nimium inimicum. 63
Nicephori hiſtoria exemplaris. 48
Nux inuſtulata peſti, cur maximè reſiſtat. 77

O

Otium tabefacit motus viuificat. 69

P

PArothides cur, & quando ſalutares & Dioſcuræ appellentur. 25
Parothides non ſemper lethales. 25
Pauonis caro, quibus conueniens ſit dum peſtis euagatur. 65
Pauonis caro, cur putredini reſiſtat. 66
Pauonis caro ſtabilis nutrimenti, & difficilis coctionis. 66

Peſtis

Peſtis morbus eſt communis ideo ad ſui conſtitutionem cauſam communem requirit. 30
Peſtem ad conſtituendam quę neceſſariò requirantur. 29
Peſtis ſolo nomine domus ſugillantur, bona omnia cōburuntur, prę timore ſani ægrotant, & ægroti ab aſtantibus medicis, & domeſticis derelicti fame pereunt. 28
Peſtes qui fiat vt terremotus inſequantur. 7
Peſtis quando igne intendatur, & quando extinguitur. 7
Peſtilentiam futuram quæ ſoleant prędicere. 11
Peſtis tempore cur quandoque piſces & ipſi langueant. 12
Peſtilentię inſignes quę dicantur. 14
Peſtis, quę Romę euenit ſub Veſpaſiano, & Comodo Imperatoribus pernicioſiſſima, & quare. 14
Peſtis placida quę dicatur. 14
Peſtis cur non amplius reuertatur poſtquam regionē aliquā depopulata eſt. 15
Peſtis Romæ ſub Tarquiuio graßata cur magis virgines, & prægnantes, quàm cęteros homines vrſerit. 18
Peſtis num ex venenoſis mixturis excitari poſſit. 32
Peſtis num à prauis cibis excitetur. 32
Peſtis in quo à febre peſtilentiali differat. 1
Peſtis adęquata definitio. 2
Peſtis cur morbus ſimpliciter ſit, & communis. 2
Peſtis quomodo excitetur. 2
Peſtis cur morbus contagioſus appelletur. 3
Peſtis morbus truculentus, lethalis, & pernicioſus, & quare. 4
Peſtem curare cur ſoli Deo ſeruatum ſit. 4
Peſtis cur neceßario ab aere. 5
Peſtis tempore cur corporis, & cordis pręſertim vires cuſtodiendę non ſolum, ſed corroborandę ſunt. 60
Peſtis tempore ad quem aerem recurrendum. 54
Peſtis diſcrimen ſubeunt ſi ad ſalubrem ſe contulerint qui diu in corrupto aere permanſerunt, & quare. 52
Peſtis tempore in gratiam pręſeruationis laudatur ab Auicenna prudentiſſimè Aer craßus, & paludoſus. 54
Peſtis tempore quando liceat domo exire. 51
Peſte peruagante quæ ſit eligenda habitatio. 50
Peſte cur multoties ſanguinei, quandoque cholerici, & melancholici, non ſemper vero phlegmatici tententur. 35
Peſtis tempore cur exercitium violentum debeat interdici. 59
Peſtes cur non ſint omnibus eodem modo contagioſę. 35
Peſtilens conſtitutio num poſſit dari abſque febre. 37
Peſtis ex cauſa agente oritur, & patientis diſpoſitione. 59

Peſtis contagium in quo differat à contagio febris peſtilentialis. 44
Peſtis naturalis quæ dicatur, quæ ſupernaturalis. 44
Peſtis non eſt vulgare malum non rudem ideo quemlibet admittit in ſui curatione medicum. 52
Peſtis fomes præcipuus populus, ples, pauperes. 52
Peſtis tempore, cur tutius ſit quieſcere, quam fortiter exercere. 68
Peſtis tempore, cur læto animo ſit viuendum. 70
Peſtilentiali in febre num ſit educendus humor, nulla expectata coctione. 80
Peticulæ cur in Hyſpania frequentiſſimæ raro bubones obſeruantur, & ſimiles tumores. 30
Peticulæ ex qua materia generentur, ex qua Bubones, Antraces, Carbones, & ſimilia. 30
Phtyſis cur ſit contagioſa. 19
Piſces ſua humiditate peſtis fomitem augent. 67
Principijs oſta ſero in peſte medicina paratur. 82
Piſces, qui laudantur dum febris peſtilentialis viget. 67
Plateæ & vici tempore peſtis ab immunditijs purgari debent, ſtagna & paludes depurari. 50
Pomum odorandum tempore peſtis proponitur. 61
Potus in febre peſtilentiali, & peſte, cur moderatiſſimi eſſe debeant. 66
Pomum odoriferum manibus geſtandum tempore peſtis. 86
Præmunitio ad ægrotos peſte oppreſſos. 90
Principes, quæ ſpectare debeant aduerſus peſtem antequam adueniat, cum graſſatur, & poſtquam abierit ne denuo recrudeſcat. 46
Principes prouidi cum primum peſtis ſigna perceperint comparare, & intra vrbem redigere omnia neceſſaria ad victum, & curationem debent. 53
Pulſus in peſtilentiali conſtitutione quare ſit fallax. 13

R

Rabi Moſes, & Zoar cur cauſas peſtilentiæ in Deum referant. 8
Ranarum multiplicatio intenſam putredinem ſignificat ex qua peſtis. 11
Refocillatio frequens tutior eſt tempore peſtis, quàm rara ſaturitas. 87
Regum Perſarum vſus tempore peſtis. 62
Remedium, & vnicum in peſte eſt locum mutare. 54
Remedium præſentaniſſimum ad peſtem fugandam. 56
Roſmarini cornuti laus in peſte. 60
Rufi pilularum laudes. 74
Rufi pilulæ æſtatis tempore quomodo modificari debeant. 74
Rura tempore peſtis cur ſemper tutiora. 50
Ruta ad venenum profligandum laudatiſſimum remedium. 77

S

Sanguis ſtillatim ex naribus profluens frequens ſymptoma febris peſtilentialis, & peſtis. 21

Sanitatis rectores tempore peſtis in ciuitate reſidere debent. 58
Sanitatis præſidis quodnam ſit officium. 57
Sacculus ex roſpo terreſtri improbatur. 63
Sacculus ex arſenico compoſitus in gratiam præſeruationis à peſte periculoſiſſimus eſt. 63
Scabioſæ ſuccus efficaciſſimus in morbis peſtiferis. 92
Scabioſa contuſa, & anthraci ſuperpoſita tribus horis, ſi Meſue fides danda ſit, Anthracem generat. 92
Seminarium quid, & unde dicatur. 39
Senibus cur dormire quocumque tempore liceat. 68
Sepulcra antiqua, quæ diu clauſa permanſerunt ſi aperiantur, cur peſtem inducere valent. 5
Senes à febre peſtilentiali, & peſte cur omnium minimè tententur. 16
Signa concomitantia peſtem quæ ſint. 12
Stagna & lacus quomodo aerem inficiant, & ad peſtem diſponant. 7
Serapionis vnicum remedium ad peſtem arcendam. 74
Sixti Senenſis hiſtoria piiſſima. 48
Signa indicatiua febris peſtilentialis quæ ſint. 24
Sceleſtorum præſeruatiua remedia cur potius homines præſeruant à veneno, quàm à contagio veneni. 42
Somni meridiani damna explicantur. 68
Somnus meridianus quo in tempore acceptabilis. 68
Somnus quo temporis ſpatio à cibo diſtare debet. 68
Somno ex immoderato, quæ mala proueniant, quæ ex immoderata vigilia. 68
Spiritus in peſtifero contagio num poſſint putrefieri. 18
Spiritus cur calidi & humidi, quandoque calidi, & ſicci dicantur. 19
Spiritus omninm maximè cur reſoluantur tempore peſtis. 85
Spiritus triſtis cur oſſa exiccet. 69
Stiracis liquidæ laus ad peſtem fugandam. 51
Suppellectiles infectæ minimè ſunt aggregandæ, & quare. 57
Suppellectiles cur in vrbe non debeant comburi. 55
Syrupus aptiſſimus ad bilem præp. in febre peſtilentiali, & peſte. 89

T

Temporum mutationes cur maximè morbos pariant, & ad peſtem diſponant. 6
Temperantes, & optimè conſtituti cur & ipſi contagio aliquando contaminentur. 35
Templum Euſculapij cur antiquitus extra vrbem ædificaretur. 50
Thaletes Cretenſis muſica præſeruauit Spartam à peſte. 70
Theriaca & ipſa fugat lethale peſtis venenum. 73
Timor animum, & vires cur hominis frangat. 70
Toxaris medicus cur antiquitus inter Aſclepiades connumerari meruit. 50

Trochiſci varij pro peſte, & febre peſtilentiali curanda. 75
Tumores peſtilentiales quibus curentur. 92

V

VAriola cur impropriè morbi epidemici appellentur. 30
Venæ ſectio ſemper eligenda vbi liceat mittere ſanguinem. 83
Venenum ſemper maius eſt in eo corpore vbi primum fit, quàm in eo cui à primo communicatur. 41
Venenoſa mixtura non datur, quæ vna ſimul morbum, & contagium morbi pariat. 42
Veſtes contagio quidem afficiunt quem attingunt ſi fuerint infectæ, non tamen communi damno inficiunt. 37
Veſtimenta fomites, vt plurimum, & receptacula peſtis. 62
Veſſicantium laudes in peſte, morbiſq. peſtilentialibus. 84
Vincetoſſicum herba valentiſſima in morbis peſtiferis. 93
Viperinæ carnis encomia. 72
Viperina caro ſenes repueraſcere facit. 72
Vitrioli ſpiritus, febri peſtilentiali omnium maximè reſiſtit. 74
Vinum medicamentorum virtutes ad membra cur deleget. 74
Vinum pauciferum in quo aurum ignitum ſit extinctum ad peſtem, febremq. peſtilentialem maximè opportunum. 67
Vinum aquoſum cur Theriacæ magnæ ab antiquis aſſimilaretur. 66
Vina generoſa febriq. peſtilentiali, & peſti cur maximè afficiant. 66
Vir prudens non abhorrebit Medicum, Altiſſimus creauit illos. 49
Venti ſicci, auſtrini, & inaquoſi cur febrientes ſint. 11
Vrina eornm, qui peſte tenentur deſcribitur. 13
Vrina cur in febre peſtilentiali quandoque fiat ſimiles ſanis. 24
Vrbs Veneta cur maximè peſti ſit expoſita. 14

Rerum Notabilium Indicis Finis.

THOMÆ

THOMÆ GROSSII SYPONTINI

Medicinæ practicæ Profeſſoris Primarij

QVÆSTIO VNICA.

An morbi, qui in Italia, & præſertim in Gallia Cyſalpina hoc anno euagantur ſub nomine peſtis, an vero inter febres peſtilentiales connumerari debeant.

INGENS rumor hoc tempore de Peſte percrebuit, & rumori adauxit fidem timor, qui humana pectora concutit. Alij peſtis luem, alij peſtilentialem febrem abſque peſte tot loca, & vrbes autumant depopulari. Diſcors Sapientum ſententia; Ego ad tribunal veritatis controuerſiam vocare, ac dirimere contendo; meumque conſilium eſt peſtis, & peſtilentis febris naturam, eſſentiam, differentias, ac ſigna explicare, ex qua ni fallor accurata perſcrutatione compertiſſimum fiet, an peſtis nomine, an vero febris peſtilentialis eos, qui vagantur morbos comprehendat; additis ijs omnibus, quæ tum ad peſtem, tum ad peſtilentialem febrem curandam conferunt, ab ijſq. præſeruandum. Arduum ſanè opus, ſed difficultatum ſpineta, Veritate duce, inoffenſo, vti ſpero pede percurram, illudq. ſaltem commodum afferam, vt tam immani detecto hoſte, acrius ipſius iniuriæ propulſentur; Ad quod opus non quidem domeſtico ſtrepitu (hanc enim Ferrariam Vrbem, quam incolo Eminentiſſimi D. Cardinalis Sacchetti Legaci charitas, induſtria, prouidentia, ad hanc vſque diem ab exitiali morbo (opitulante Deo) ſeruarunt incolumen) ſed tot proximarum gentium eiulatu excitatus, ſalutem pro mea ingenij imbecillitate aſtruere conabor; Et vt propius ad rem accedam,

Nomine peſtis longe diuerſum quid à peſtilenti febre, Galenũ intellexiſſe, apertiſſime conſtat; quippe qui ponens differentiam inter *3. Epidem. com. 3. tex. 56.*

Febris peſtilentialis in quo differat à peſte.

inter peſtem, & febrem peſtilentialem; Peſtis (ait) præter febrem, complectitur & alia morborum genera: Febris autem peſtilentialis nihil aliud complectitur, quàm intemperiem calidam, & ſiccam; Peſtem item arbitratur eſſe Epidemiam perniciosam, quæ pleroſq. quos appræhenderit indifferenter interficit; Febrem verò peſtilentem licet idea, & natura eadem ſit cum peſte, carere tamen ea conditione, qua plures, & indifferenter appræhendat. Hinc

Peſtis Definitio.

Definitur Peſtis *Morbus communis, contagioſus, plurimoſq. interimens.*

Quòd vero Peſtis *Morbus* ſit apud omnes pro rato habetur, quoniam ſi quis eſt affectus præternaturam, qui immediatè operationes humanas offendat, certè eſt Peſtis. Dicitur *Morbus* ſimpliciter, quandoquidem Peſtis non eſt vnus morbus determinatus, ſed quicumque morbus poteſt eſſe Peſtis, modo complures attingat, eodem tempore, contagium communicet, & maiorem partem perdat. Item eſt *Morbus communis* ad differentiam Sporadicorum, quippe Peſtis propriè aereum deſignat venenum, à quo variæ, & populares, atque multis communes peſtilentiū morborum ſpecies oriri conſpicimus; nam ſpiritus cordis venenoſo illo aere, qui tunc inſpiratur, & per arterias, quæ ad cutem terminantur, attrahitur, clam ſubit offenſus, & alteratus tamquam à ſibi aduerſo veneno, ac mox amiſſa natiua temperie prædicti aeris cōſortio, naturæ beneficio deſtitutus, putreſcere incipit, & ſubinde ſanguini, & reliquis humoribus mixtus clam augeſcente, ac ſerpente noxa prædicta putredinem machinatur, quo per vniuerſum corpus ardor putrefactæ, & multiginæ conditionis diffuſus, vires omnes deijcit, & maximè principalium membrorum, quo fit, vt eo tempore ſucci inſolenter agitentur, & ferueant tanta pernicie affecti, vt dum ſingulæ partes illis aduerſantur, nuſquam, nullibiq. conſiſtere valeant, & ob id digniora viſcera impetu irruentes in emiſſaria propria, vel habitum corporis (natura non ferente corū conſortium) ſi vires conſtiterint, trudantur: hinc ſanè Febres, omniaq. morborum genera, Bubones, Carbunculi; hinc Eryſipelata, & Herpetes fiunt, necnon & Maculæ in cute eflloreſcunt purpurei, cerulei, viridis, aut alterius praui coloris, ſignum profectò euidens, & commune tum peſtis, quàm febris peſtilentialis, quæ inter ſe differunt; quia (vt diximus) nomine peſtis generalius quid deſignatur; nam præter febrem complectitur Peſtis alia morborū genera: Febris autem peſtilentialis ſine peſte nihil aliud complectitur, quam intemperiem calidam, & ſiccam: Ex quo definitur

Febris peſtilentialis definitio.

Calida, & ſicca intemperies ex magna putredine circa cordis partes orta,

na, plurimos turbans, eo quia læthalis. & ipſa, pernicioſa, & contagioſa eſt. Appellatur præterea Peſtis *morbus contagioſus* non ſine ratione; nam ſunt multi morbi communes, qui contagioſi non dicuntur, inter quos Catharrus.

Verum vt particulam hanc *Contagioſus* clarius intelligamus, ſupponendum de mente Claſſicorum, Contagium nihil aliud eſſe quam *qualitatem quandam morboſam, & prauam, quæ vel ab aere, vel à corpore in corpus transfertur*. Itaque morbum contagioſum nominabimus illum, qui non ſolum ſponte, verum etiam contagio vel aeris, vel aliorum corporum concipitur: Quippe Contagium non vnius tantum eſſe poteſt, ſed plurium, ſaltem duorum; cum ſit conſimilis ab vno ad aliud deducta pernicies; ſiue ea mala, & aduerſaria quædam homini qualitas ſit; ſiue infectio tabifica, & peſtilens; ſiue venenata ſubſtantia quæpiam læthalem noxam inferens. *Quid ſit Contagium.* *Qui Morbus contagioſus.*

Habemus igitur iam breuiter explicatum qnid ſit illud, quod in contagio peſtifero communicatur; Corpus vero, à quo huiuſmodi vapores, & humores communicantur, duplex eſt: Vnũ eſt morboſum, iam ſcilicet, peſte infectum; Alterum eſt, fomes ipſe. Corpus morboſum, à quo mittitur hic vapor ſanè nullum aliud eſſe poteſt, niſi corpus illud, à quo fiat ebullitio & putrefactio; cuius rei clariſſima eſt ratio; quia ſi vapores ſunt attollendi, & tranſmittendi nulla alia ratione hoc fieri poteſt, niſi calor agat in humidum, & vehementer agat, ex qua actione fiant halitus, flatus, & vapores; quemadmodum fieri videmus in corporibus externis, in quibus quo tempore calor ſolaris agit in humidum, eleuãtur multi vapores; quando vero non agit, aut remiſſiſſimè, vel nulli educuntur vapores, vel certè quam pauciſſimi. *Corpus* igitur à quo mittitur vapor peſtifer; eſt corpus morboſum, calidum, & feruens; *Fomes*, morbi appellatur corpus illud, quod à morboſo corpore venenum recipit, & deinde alteri communicat. Sunt ergo corpora, quæ loco veri fomitis eſſe poſſunt omnia illa, quæ enumerantur in Leuitico, cum de contagio leproſorum Moſes loqueretur; Fomites hos ſtatuit Corpora, ſcilicet, *Lanea Linea, Pellicea Stamina*, & *Subtegmina*; poſſumus his addere etiam *Ligna quædam foraminulenta, & rara*; *Parietes item foraminulenti*, quapropter ſcriptum legitur in eodem Leuitico, *deſquamandos eſſe parietes Leproſorum, & noua calce oblinendos*. *Fomes morbi, qui dicatur.* *Cap. 13.* *Cap. 14.*

Et hic Problema diſſoluendum proponitur curioſum quidem & ad rem noſtram non prorſus inutile: *Nunquid Fomes poſſit tranſmittere cauſam morbificam in alium fomitem, & Fomes in alium*: Exẽpli gratia inficiatur ſubucula, quæ corpus peſte affectum contre- *Nunquid Fomes poſſit tranſmittere causã morbificam in alium fomitẽ, & Fomes in alium.*

 ctauerit;

ctauerit; reponatur ſubucula inter alios pannos lineos; Dubio vertitur, An hæc ſubucula poſſit ſupradictos pannos inficere; & hi alios pannos, aut ipſos homines. Ad difficultatem propoſitam reſponderi poteſt, quod Fomes dupliciter conſideratur, vel prout eſt corpus viuens, & ſenſibile; vel prout eſt corpus inanime; ſi primo modo conſideretur, poteſt proculdubio contaminare, & inducere alium fomitem: Ratio in promptu eſt, quia corpora ſenſibilia duo habent, calorem internum, & motum; merito caloris poteſt vapor ille putridus exagitari, & tranſmitti in aliud corpus; merito motus poteſt ille idem vapor traijci in aliud corpus; propterea non male ſentiunt, qui arbitrantur, & canes, & catos, & alia animalia poſſe interdum infecta communicare pannis, & alijs rebus venenum. Si Fomes ſit corpus inanime; aut agitatur, aut quietum manet; ſi agitatur, eadem eſt ratio, quæ corporis ſenſibilis, merito ſcilicet illius agitationis poſſe communicare venenum alijs corporibus; Si autem hi fomites infecti quieti manent; Aut ita quieti manent, vt non incaleſcant, aut incaleſcunt: Si non incaleſcunt, mea eſt ſententia, non poſſe inficere alia corpora; eo quia neque ex parte agentis, neque ex parte recipientis vlla intercedit actio; non intercedit ex parte agentis, quia vapor ille iners eſt ex ſe, torpidus, & tenaciter adhæret; non ex parte recipientis, quia panni illi nullam habent attractionem; & ideo cum neque corpus infectum poſſit ex ſe ſe mittere; neque corpus recipiens ex ſe ſe attrahere, nulla fieri poteſt communicatio, nulla fieri actio: Sed ſi dicti panni ita ſimul maneant, vt incaleſcant; proculdubio poteſt infectus alium inficere, quia calor attenuat vaporem illum, agitat, & conſequenter de loco ad locum tranſmittere poteſt: Neque mirari eſt ſi diximus, pannos lineos poſſe compreſſos incaleſcere, quando Hypocrates doceat, compreſſum illum aerem internum in pannis non ſolum interdum incaleſci, ſed etiam igniri.

Problematice reſpondetur.

Num canes infecti poſſint veſtimentis, alijſque fomitib. cõmunicare venenum.

Libr. de natura pueri.

Additur in definitione peſtis Contagioſo, *pernicioſus*, ad differentiam eorum morborum; qui videntur communes, & contagioſi, minimè tamen peſtis ſunt, vt Scabies, Vlcera, quæ ſolent vagari, Opthalmia, & ſimiles; qui omnes licet ex Hypocrate, morbi communes ſint, & contagioſi, quia tamen læthales non ſunt, & pernicioſi, nomine peſtis appellari non debent; cui proprium eſt maiorem partē perdere, vt Galenus belliſſimè his verbis expreſſiſſe eſt viſus. *Peſtis tanquam & ipſa exiſtit quædam bellua, haud paucos interimit; verum ciuitates quoque depaſcens, malè conficit.* Et Brutus Luſitanus. *Peſtis natura ſua læthaliſſimus eſt morbus, quos namque opprimit, occidit.* Quapropter Sauanarola (huic diræ beſtiæ alludens) & ipſe. *Curare peſtem ſoli Deo ſeruatum eſt.* Peſtis ergo eſt morbus

Libr. de Theriaca ad Piſõ.

Libr. 3. cap. de Peſte.

Curare peſtem ſoli Deo ſeruatum eſt.

bus pernicioſus. Vbi nota, quod natura ſua debet eſſe talis, quod ſi Aſtantium, Medicorum erroribus, ægrotantium, vel ex quauis alia cauſa externa moriantur patientes; non inde bene argumentatur Peſtis; quamuis vniuerſus ferè Orbis periret; & hæc de eſſentia peſtis.

De cauſis Peſtis.

DVas ad efficiendam peſtem perpetuo conſpirare cauſas externas, Aerem nimirum ipſum, & Contagium; duas vero internas, Calorem præter naturalem, ſcilicet, & Humorem putredinalem, ex Claſſicorum conſenſu aſſerere tenemur. Probat Hypocrates hanc noſtram concluſionem, quoad primam partem euidentiſſima demonſtratione, cum ait. *Peſtis eſt morbus communiſſimus, ergo à cauſa communiſſima. Cauſa communiſſima eſt Aer, ergo Peſtis neceſſario ab aere.* Quod item ſignificare fortaſſe voluit Galenus dicens. *Vapores qui eleuantur ex aquis, aut ex ſpecubus proprietate ſubſtantiæ nocere aeri, ex quo Peſtis.* Et primo de diff. febr. *Accidit quandoque ex multis hominum cadaueribus inhumatis ſurſum duci vapores putridos, qui aeri permiſcentur, ipſumque inficiunt: interdum vero ex lacunis, & mortuis aquis corrupti exhalant ſpiritus, qui aerem attingendo ipſum permutant, & corrumpunt*, qui quidem & ſi propinquũ inficiant locum, diſtãtem tamen, & longinquum inficere poſſunt: ſicut ex Æthyopia in Græciam contagionem quandam vi ventorum delatam: Idem efficiunt quæcunque putreſcunt, vt poma, fructus, herbæ, & ſimilia his. Idem & æſtiua pluuia cum multa fuerit, & copioſa, ex quo Hypocrates. *Corrumpitur ſubſtantia aeris ex vaporibus corruptis, mixtis cum eo, aut reſolutis à cadaueribus, & ſtagnis, in quibus linum, & herbæ putreſcunt; Interdum vero ex terræ viſceribus; aut profundis cauernis, & altis puteis, generatur venenoſa qualitas, quæ poſtmodum exhalans aerem venenoſum reddit, à quo cito homines pernecantur. Hoc idem efficiunt ſepulcra antiqua, quæ diu clauſa permanſerunt ſi aperiantur.*

Quot ſunt cauſæ peſtis.

Peſtis neceſſario ab Aere. 2. comment. in lib. de nat. human. t. 5.

Poſſe autem ab eiuſmodi exhalationibus, & vaporibus oriri grauiſſimas peſtes; duo hiſtoriarum exempla præclarè teſtantur. Vnum eſt, quo narratur olim in Babilonia in templo Apollinis *aurea miræ vetuſtatis Arca aperta*, expiraſſe pernicioſiſſimum halitum, atque inde Peſtem emanaſſe, quæ vſque ad Parthos immaniſſimè graſſata fuit. Aliud eſt apud Ammianum Marcellinum, qui ſcribit Marci Veri Imperatoris ætate in Seleucia poſt direptũ templum

Sepulcra antiqua, quæ diu clauſa permãſerunt ſi aperiantur peſtem inducunt.

Hiſtoria.

Hiſtoria.

templum, & Apollinis ſimulacrum Romam allatum, Milites Auidij Caſſij quoddam anguſtum foramen inueniſſe, quo aperto, aerem grauiſſimum exhalaſſe, qui peſtem maximam induxit; Quã etiam generare & temporum mutationes, & maximè ſi diuerſis tẽporibus accidant, teſtatur Hypocrates, cui adhærens Auicennas, *Mutatio quidem temporis in vno tempore eſt minus afferens mortalitatem, quàm eius mutatio in multis temporibus*. Et Celſus. *Ex tempeſtatibus optimæ æquales ſiue calidæ, ſiue frigidæ, peſſimæ, quæ variant, quo fit vt Autumnus plurimos opprimat*. Quod item non ſiluit Haliabas, cùm ſcriptum reliquit. *Mutatur Aer in ſuis qualitatibus, & in ſui ſubſtantia ſecundum mutationem temporum anni; videlicet, cum exuunt naturam ſuam, & non ſeruant eam, vt ſi Hyems calida fuerit, & ſicca, non pluuioſa; Ver frigidum, & ſiccum; Autumnus calidus, & humidus; accidunt febres acutæ, interficientes, & peſtilentiales ægritudines.*

Lib.3.cap.14.

Aer corruptus quo inficere habeat corpora.

Quomodo autem corruptus Aer corpora noſtra inficiat, facile patet; nam & per apertas vias tracheam, ſcilicet, & fauces, & latentes, & corporis poros ingreſſus Aer corpora, & ſpiritus, & cordis humiditates putrefacit. Hinc Auicennas, *Cum putrefit Aer, putrefacit humores, & præcipuè humorem, qui in corde circundatus eſt.* Et alibi. *Quando fit Aer ſecundum hunc modum, venit ad cor, quare corrumpit complexionem ſpiritus, qui eſt in ipſo, & putrefit quod circundat ipſum de humiditate, ex qua poſtmodum putrefactione ſequitur Peſtilentia, & mors violenta*; Quam ob cauſam Galenus, *Vicinari his, qui peſtilentiam patiuntur periculum eſt, & ſimiliter, qui à Phtyſi poſſidentur, & vniuerſaliter his, qui putridum aerem expirant.*

1. de diff. febr. cap.3.

Verum Cardanus contra inſurgit, non videri quod Aer ſecundum ſubſtantiam poſſit corrumpi, eo quia corruptio, ſeu putrefactio eſt paſſio rerum compoſitarum (Ariſtotele teſte) Difficultati occurrimus dicendo, Aerem dupliciter ſumi poſſe; Vel pro ſimplici elemento; Vel pro corpore compoſito ex elemento, & vaporibus; Si primo modo accipiamus aerem, nequaquam eius ſubſtãtia corrumpi poteſt; Et hoc modo interpretanda eſt Ariſtotelis ſententia libro de longitudine, & breuitate vitæ; quo in loco dicebat Philoſophorum Princeps, Aerem non corrumpi, non putrefieri; Sed ſi ſumamus aerem pro corpore permixto, proculdubio ſic Aer putrefit, & ſubſtantialiter corrumpitur, non alia ratione, niſi quia ipſi aliqua corpora putrida permiſcentur; putrida vero corpora, quæ aeri permiſcentur, vt inueniamus ex methodo cauſam, ſunt multa (vt ſupra notauimus) Et in primis eſt frequentia pluuiarum, præſertim æſtiuo tempore; atque hoc eſt, quod auertit Auezoar, conſtitutionem relatam ab Hypocrate, quæ fuit in cranone,

4. Metheor.

Num Aer ſecundum ſubſtantiam poſſit corrumpi.

Lib.3.tr.3.c.2

ſtatione, fuiſſe omnium maximè peſtiferam, eo quod eſſet genita ex putrefactione aeris, ex largis pluuijs, quæ fuerunt ſub ardoribus. Præterea corrumpunt aerem ſecundum ſubſtantiam, Terremotus, & terræ ipſius hiatus; omnium cauſas explicat luculentiſſimè Seneca, quando tres, vel quatuor cauſas affert; cur ſit, quod poſt terremotus, eiuſdemq. aperturas fiant Peſtes: Vna eſt, quia Aer diu cohibitus inter latebras terræ corrumpitur, qui poſt terremotus exiens inquinatus neceſſariò aerem inficit. Quod Aer diu cohibitus venenoſus euadat, facile colligitur ex foueis frumentarijs, eo quia viſi ſunt homines ſtatim interijſſe, qui imprudenter dũ foueæ iſtæ aperirentur, aerem illum hauſerant: Alia cauſa eſt, quoniam in cauernis terræ ſunt ſtagna frequentiſſima aquarum, quæ longa deſidia, & quiete corrumpuntur; Vbi fiunt Terremotus, ac Hiatus aquæ iſtæ venenatæ exeuntes aerem vitiant, & corrumpunt. Tertia cauſa eſt multitudo ignium, quia ignes latent in terræ ſpeluncis, qui diu detenti, & coerciti vbi poſtmodum expirant, & ipſi aerem vitiant.

Æſtas pluuioſa maximè diſponit ad peſtem.

6. natur. quæſt. c. 27.

Quæ ſint cauſæ, vt poſt Terremotus fiant Peſtes.

Sed hic Medicinæ candidatus dicet, non poſſe ignem aeris ſubſtantiam inficere, cum ad eandem purificandam præſentanijſſimũ remedium ſtatuitur. Ad difficultatem reſpondemus, quòd Ignis dupliciter vſurpari poteſt, vel prout eſt Elemẽtum nudum ab omni inquinamento, vel prout eſt quid mixtum ex vaporibus, & exhalationibus putridis (talis eſt Ignis ſubterraneus) Primo modo ſi accipiatur, nulli dubium eſt, igne non ſemel, aut bis, ſed ſæpe fugatam eſſe peſtem: Si vero ſecundo modo quis eum accipiet, hic ipſe affirmare tenetur (ex claſſicorum conſenſu) inter peſtis cauſas Ignem connumerari debere; haud ergo eſt contradictionis arguendus Auctor, cum non implicet ſub diuerſa ratione, poſſe efficiens duos effectus producere, licet inter ſe ſint contrarij.

Igne Peſtis fugatur.

Igne Peſtis accenditur.

Cauſis dictis adde Ventos, qui ex regionibus peſtiferis flant, & venenatis; quod animaduertens Empedocles Agrigentinus liberauit populum ſuum à peſte; quia dum obſeruaſſet, peſtem illam vehi per ventum flantem inter duos montes, iuſſit pellibus aſininis obſtrui ductus montium. Præter Terremotus, & Ventos ſunt alia plurima, quæ item aerem corrumpunt, veluti ſunt ſtagna, & lacus, quorum aquæ ſi vitientur, & corrumpantur vitiant ipſum aerem; ad hæc cadauera omnia beſtiarum, dum inſepulta manent; Et quamquam cadauera brutorum hoc agant, veruntamen magis peſtem faciunt hominum cadauera, quæ fame, aut bello interiere.

Hiſtoria.

Rurſus Ingenioſus Iuuenis; Qui fiat vt Hypocrates, & ſequaces aſſeruerint, Aerem tantum eſſe cauſam peſtilentiæ, quando Galenus doceat, etiam peſtiferos morbos oriri ex mala victus ratione.

Lib. de cib. boni & mali ſucci.

1. de differ. febr. c. 3.

Num putridũ frumentũ valeat excitare peſtem.

tione. Et Ceſar in ſuis commentarijs recenſet, in ſtricta quadam obſidione coactos fuiſſe omnes nutriri putrido frumento, ex quo Peſtis. Hanc difficultatem de medio tollit Altimarus, dicens, fuiſſe quidem morbos illos, quos memorant Galenus, & Ceſar factos à praua victus ratione; ſed nequaquam fuiſſe peſtilentiales cum peſte, vt ex verbis eorundem auctorum colligi manifeſtè poterit.

Et quod Aer peſtifer conducat ad veneni generationem in corporibus noſtris, ex his confirmatur, quoniam in corporibus præparatis inducit quemdam calorem præternaturalem, naturali inimicũ, qui cũ calorẽ ipſum natiuũ confundat, & expugnet; fit deinceps, vt omnes humores noſtri corporis priuati cuſtodia natiui caloris, protinus confundantur, computreſcant, & conſequantur veneni naturam; perbellè Galenus hanc noſtram explicat doctrinã, qui huic calori alludens conteſtata profert. *Et ob id iure optimo dicitur huiuſmodi Calor contagioſus, efficaxq. & potens, ac crudelis natiui caloris hoſtis, quia facilè cordis ſubſtantiam, & eius contenta adire poteſt; quapropter promptè corrumpit intima corporis, atque ſimul ſpirituum, maſſæq. ſanguineæ, & ſolidarum partium innatum calorem putrefacit, adurit, & marcidum reddit, quo totius ſubſtantiæ corruptio ſequitur; nam reliqui præterea calores, qui ſingulariter ſuum ſubiectum corrumpunt, non ſecundum totam ſubſtantiam putredinales dicuntur; quippe ſecundum aliquos tantum gradus, qui intimioris ſubſtantiæ ſunt, tales nominantur; ſecundum vero alios gradus ſanitati tantum, & non vitæ opponuntur; putridus namque calor ex putrida febre conſurgit, ſicut marcidus ab hectica, aut vſtiuus ab ardenti; qui ſanè cum vitali calore diu ſtare, & cohabitare poſſunt; verum peſtilens hic calor non ſic, ſed ad inſtar veneni omnem vitalem firmitudinem ambit, & conterit.*

4. Epidem.

Eſt itaque poſt Deum veræ peſtis cauſa Aer putrilaginoſus; eſt, & calor præternaturalis; diximus poſt Deum, quandoquiden (vt meminit Galenus) veteres ferè cauſas peſtilentiæ in Deum referebant, inter quos Rabi Moſes, & Zoar Medici Arabes ſuo tempore clariſſimi. Hi enim *Accidit Epidemia quando Deus voluerit.* Nonnulli item volunt, poſſe excitari etiam Peſtem ex hominum fraudulentia, qui in gratiam vindictæ, vel à Demone inſtigati, vel ob aliquem alium finem diſſeminarunt in varijs locis tincturas, & infectiones; vt accidiſſe Athenienſibus Æthyopum iuſſu, Thucidides ſcriptum reliquit. Adde his Humor putredinalis, & Contagium. de Humore putredinali infra.

Veteres cauſas peſtilentiæ in Deum referebant.

Hiſtoria.

Contagiorum tres enumerãtur differẽtiæ.

Quoad Contagium dicimus, tres eſſe Contagionis differentias, quarum quædam contactu ſolo afficit; Quædam præter contactum fomitem etiam in re, quam tetigit relinquit, à quo poſtmodum ſimile vitium prodit. Tertia vero, & vltima differentia eſt, quæ

quæ non contactu, aut fomite ſolum; ſed etiam ad diſtans ferri poteſt, eoque vim mali transferre; vt in vaſta illa peſtilentia, quæ ex Aſia in Europā translata, multa hominum millia perdidit, quæ ſanè contagiorum differentiæ, vt diuerſæ ſunt, atque diſſimiles; ſic profectò non idem omnes generationis principium natæ ſunt.

Et hic dubitandi Lucretio occaſio datur. Vtrum perniciem maiorem afferat Contagium ex immediato contactu, an ex fomite, an ex aere. Fracaſtorius difficultati ſatisfacit, cum ait; id quantum ſit ex ſe ſe, peius omnibus eſſe contagium, quod immediato contactu efficitur; poſt hoc, quod per aerem; aliorum omnium, quod per fomitem inducitur. Ratio eſt, quod in primo non ſolum pars contrectata, verum etiam vniuerſi corporis perſpiratio, atque halitus offendunt, cum qui peſte affectos tractant, neceſſario ijs quoque ſubijciantur: Fomes vero cum vapores illos peſtiferos non recentes habeat, ſed calore corporis morboſi iam priuatos, & mora quoque non parum retuſos, ac proinde inefficaciores; proculdubio multo minus detrimenti inferre aptus eſt, quam aer, qui & recentia peſtis ſeminaria, & adhuc calentia ac propterea efficaciora prouehit, iugiterque corpori inſerit. *2. De natur. Vtrum perniciem maiorem afferat cōtagiū ex immediato cōtactu, quam ex fomite, vel ex aere.*

Sed, ſit pace Fracaſtorij dictum, Ipſe exiſtimo, maximè omnium operari contagium per medium aerem, quia huiuſmodi contagium multo plures ſimul tangit, & non ſolum multo plures, verum etiam grauiſſimè, & efficaciſſimè; Idque ſolum contagium nouiſſe, aut ſaltem nobis tradidiſſe veteres, communis opinio tenet. Cur autem hoc contagio plures inficiantur, quam contagio fomitis, ac contactus; inde eſt, quia cum ægri continuo peſtiferos vapores expirent, & cum ab ipſorum corporibus continuo mittantur ſpiritus infecti, hi omnes per aerem diſſeminati faciliimè, & citiſſimè ingrediuntur in alia corpora, à quibus aer ille neceſſario continenter attrahitur; Vnde poterimus facile intelligere veram rationem, cur integræ Familiæ interdum ſint extinctæ, & cur ex vna domo malum in proximam ſerpat. Quia, ſcilicet, vbi primum in aliqua domo quis peſte moritur, inficitur ille aer, qui deinde attractus à ſanis illos inficit; & hoc tunc magis contingit, cum domus ſunt anguſtæ, cum cubicula parua, vt facile aer ille ob concluſionem, ob paucitatem totus peſtiferis vaporibus oppleatur; Nam ſi apud veteres prohibitum erat verſari in illis cubiculis, vbi mulieres menſtruatæ depurabantur, quod timerent aerem illum infectum, poſſe viros inficere, quanto magis debemus nos exiſtimare, periculum eſſe verſari in ijs habitationibus, in quibus ſint aliqui peſte correpti, & necati? *Cur integræ familiæ interdū ſint extinctæ.* *Mulierib. menſtruatis, cur antiquitus prohibitum erat cōmercium.*

Habent tamdem Aſtrorum periti ſuas cauſas, quæ ſunt coniun-

Cauſæ peſtis, quæ in ſententia Aſtrologorum. ctiones nonnullæ malorum planetarum, Saturni, & Martis; & Saturni præfertim in domo humana, in Geminis, & Virgine; eoque maximè ſi à Fortunis non aſpiciantur, Ioue, & Venere; Vnde dixerunt, coniunctiones Iouis, & Martis in ſigno calido, & humido Peſtem inferre, propterea quod caliditas, & humiditas Iouis, vapores Martis inflammati aerem immutant, & contagioſum reddunt. Quod forſitan voluiſſe Auicennam prædicti Aſtrologi aſſeuerant, his verbis. *Et principium horum omnium* (alludens morbis peſtiferis) *ſunt formæ, & imagines, quæ neceſſario id inducunt, cuius euentus ignoratur.* Et alibi. *Atque aer quidem inficitur aliquando ex cauſa ſuperiori, & remota, quæ eſt figuræ, ſiue imagines Cœleſtes, ſiue ſtellarum, aut planetarum coniunctiones;* Atque ad hoc exiſtimandum adducuntur tali ratione, quod ſcilicet, videmus, aerem hunc noſtrum ex Ariſtotile, ſuppoſitum eſſe lationibus Cœleſtium orbium, & inde gubernari, quaſi quod quemadmodum frigora, & calores nobis fiunt à Syderibus, ita quoque debere fieri peſtem, & alia morborum genera. Sed Aſtrologorum hanc ſententiam confutauit Picus; vbi ſcriptum reliquit; Non valere Aſtrologorum rationes, quod ſi gubernantur hæc inferiora à Syderibus, ab ipſis etiam fiant morbi, quia corpora noſtra gubernantur, & conſeruantur à natura rectrice. Neque tamen dicendum eſt, quod facultas rectrix faciat morbos, quia morbi fiunt ex incompoſitione, & diſſonantia ipſorũ humorũ, ſic inquit Picus, & rectè. *Non fiunt Peſtes à Cœlo gubernante aerem, ſed fiunt ex vitio elementorum, ex aeris ipſius alteratione, & corruptione; quare Medici prudenter inter cauſas externas primum locum dederunt aeri; eoſque aeris corruptioni eſſe expoſitos, qui poros, & meatus patentes, temperamentumque calidum, & humidum à natura ſortiti ſunt, qui metas gulæ haud ponunt, qui obſtructionibus maximè ſunt obnoxij, qui concubitum plus iuſto concupiunt, qui ſe ſe otio prorſus dederint, & putridis, prauiſque humoribus ſcatent;* Exempli gratia Pueri, Mulieres grauidæ, intemperantes, & multo ſanguine abundantes; atque morbi potiſſimum imprimũtur in corporibus paratis; vnde Galenus. *In eum morbum vnumquemque facilius incidere, ad quem natura paratus eſt, multoque magis ſi erranti victu, tamquam per manus in eum perducatur.* Atque de cauſis peſtis dictum ſit ſatis.

1. Methaorũ.

Confutantur Aſtrologorum rationes à Pico Mirandulano.

Lib. 3. cõt. Aſtrolog. c. 21.

Qui ſint maximè peſtis morbo obnoxij.

1. De diff. febr. cap. 4.

De ſignis Peſtis.

FEre omnes Auctores, qui de peſte; Vnum pro rato habuerunt; Signorum alia eſſe Antecedentia, alia vero Concomitantia. Quæcunque aerem permutant, & eius inſolitam ſiccitatem, aut humidi-

midita tem oſtenderint, futuram peſtilentiam prædicunt. Hinc inter antecedentia peſtis ſigna connumerantur præcedentes Cometæ, Terremotus Sydera inuſitata, Ignes aerei, Eclypſes, Annus Biſextilis, Monſtra, & Peſtes alibi vagantes. Quapropter cum in aere videntur Vapores accenſi, Peſtem futuram dubitabis, hæc enim ſiccos vapores aeri permixtos oſtendunt, qui complexionem eius immutant, ſiccamque reddunt, contra Autumni naturam, quam eſſe pluuioſam non ignoramus. Quod aduertens Ariſtoteles. *Cur,* inquit, *Si igneus vapor cum Sole oritur futuram peſtem prædicimus?* Quoniam vapores ſiccos oſtendit, aeri commixtos, ipſumque contra eius naturam mutatum. Et Auicennas, quando venti perflant meridionales, aut orientales, quia vaporibus multis humidis cum debili caliditate aerem permiſcent, turbulentumque, & craſſiorem reddunt, verenda eſt futura peſtis; Similiter etiam hieme accedente, ſi turbatur aer, pluuiaſque minatur, non tamen pluit, argumentum futuræ peſtis exiſtit; arguit enim illud vapores multos humidos debili calori permixtos, & corruptioni paratos in aere, qui eius ſubſtantiam immutarunt. Quare doctiſſimè Alexander propoſito Problemati; *Cur venti ſicci, auſtrini, & inaquoſi febrientes ſint.* Reſpondet, quoniam aerem ad corruptionem præparant. Eodem inſuper modo aer, qui nunc calidus, nunc frigidus, nunc nubiloſus, nunc ſerenus redditur, peſtem minatur; ex quo Auicennas; *Peſtilentiam autem æſtiuam, magnam, & malam ſignificant, paucitas pluuiæ in vere, cum frigore, deinde multiplicatur auſter, & conturbatur aer aliquot diebus, deinde clareſcit.* Et infra. *Quando videris aerem alterari in die vno multis vicibus, & clarificatur aer die aliquo, & oritur Sol clarus, & conturbatur die alio, & oritur in velaminibus nebula, quæ eſt vt puluis, tunc indica, quod Peſtilentia accidet.* Præterea calida, & humida aeris temperies vbi intempeſtiua ſit (vt Hypocrates ſtatuit ad initium illius peſtis, cum ait) *Carbunculi in cranone æſtiui, pluebat in ardoribus aqua longa.* Vbi conſtat calorem cum humiditate eo tempore intempeſtiuè eſſe coniunctum, & ob id mortiferum. Atque non ſolum aeris mutatio, ſed & ranarum, reptilium, vermium, muſcarum, & ſimilium animalium, quæ ex corruptione generantur multitudo, id oſtendit: Hinc Auicennas. *Cum videris ranas iam multiplicari, & alia reptilia ex putrefactione generata, ſignificat intenſam putredinem, ex qua Peſtilentia accidet.* Et alibi. *In quacunque Prouincia abundauerint animalia ex putrefactione genita, illo anno generabuntur ægritudines & peſtes.* Quæ omnia ex pendiſſe oportebit, vt præueniatur more Hypocratico, quo Æthyopicam luem mira prouidentia in propria patria præcauit.

Quæ ſigna antecedant Peſtem.

Problema ab Ariſtotile proponitur.

1. par. Probl.

1. Sect. Probl. Probl. 25. Cur venti ſicci, auſtrini, & inaquoſi febrientes ſint.

2. Popularum.

Intereſt præterea noſſe, quando vitium præcognitum futurum

ſit Cœli, aeris, vel aquæ, aut terræ occaſione, vt facilius præcaueri poſſit; quod ſanè facilè noſces, nam vt Ætius aduertit. Si Aer nos ambiens peſtilens reddatur Cœli cauſa, Volucrum generis prior interitus erit; Si vero ex prauis de Terra exhalationibus id contingat, Quadrupedum animantium prior corruptio fiet: Quod ſi ex Aquarum vitio, Piſces emori videbuntur: Verum ſi neutrum adfuerit, coniectabile eſt. Hominum alimenta, vel contagioſas veſtes malum accerſire. Id ipſum confirmare videtur Auicennas his verbis. *Et de ijs, quę ſignificant, illud eſt ſi videris mures, & alia animalia, quæ habitant ſub terra, fugere ad ſuperficiem terræ, & manifeſtè exire de cauernis ſuis, nec ad illas redierunt, & videris animalia malæ naturæ fugere ex nidis ſuis, & ire ab eis, & fortaſſe dimittunt oua ſua;* & addunt Aliqui *ſi videris Aues dimittere loca alta, & nidos, & oua relinquere, & planitiem quærere; Signum eſt corruptionis aeris;* Quod ſi terreſtria animalia ex cauernis fugere, & loca alta quærere, & terræ naſcentia corrupta, aut inſipida; ſignum eſt, corruptionis terræ; ſi vero Aquatica, corruptionis aquæ.

Quæ indicant, Aerem Cœli cauſa eſſe corruptum; quæ ex prauis de terra exhalationibus; quæ aquarũ vitio.

Num Piſces peſte tentẽtur.

8. de hiſt. animal. cap. 20.
4. metheor.

Verum inter alia ſigna hoc præcipuum ſignatur. Quando ſcilicet, piſces plurimi mortui ſupernatant aquis: Sed circa hoc ſignũ eſt aliqua difficultas; Atque Ariſtoteles piſces teſtatur, numquam capi peſte, duas ob rationes; Vna quia mare (eodem auctore teſte) non putreſcit, ita neque eius animalia poſſunt putredine capi; Alia ratio eſt, ſi peſte tentantur Piſces, profecto tentarentur, vel propter Aquam, vel propter Aerem; non propter aquam, quia non putreſcit; Non propter Aerem, quia non reſpirant. Si igitur Piſces peſte non tentantur, quid de ſigno a b iſtis relato dicendum? Ego credo, quod quo tempore Peſtis animalia infeſtat, etiam Piſces proprijs quibuſdam morbis langueant; ſed cur eo tempore ægrotent piſces exiſtimo, quia Aer putridus ingreditur mare, & quamquam non ingrediatur corpora piſcium, tangens tamen extrinſecus efficitur, vt langueant.

Hiſtoria.

Adijciam etiam his ſignis alia capta ex Philoſtrato; refert namque Apollonium Thianeum ſummum virum prædixiſſe Peſtem Epheſijs, eo quod Ipſe, qui Vir temperatus erat laborauerit morbo; quaſi auguraretur hic Philoſophus, cum nullum errorem committeret, tamen ægrotaret, neceſſarium fore, vt alij ægrotarent propter aeris vitium: Refert præterea, Lupos hominibus damna inſerentes, conſueuiſſe præmonſtrare peſtem.

Lupi quo modo peſtem præmõſtrent.

Quæ peſtem cõmitãtia ſigna dicantur.

Signa vero concomitantia peſtem ſunt Febres ardentes, Febres placidæ, Deliria, Carbunculi, Bubones, Tumores præterea, Mortes ſubitaneæ, & familiarum extinctiones. Variantur Signa tum ex corrupti humoris diſpoſitione, tum ex ſuperiorum influxu, inferiorumq́.

ſetiorumque paſſione, & ex ſpeciali quadam diſtinctione: Nonnulli enim Syncopem incurrunt; Quidam Spaſmum; Alij ſudant ſudore frigido, propter virtutis reſolutionem. Plerique capitis, aut ventriculi, aut pectoris cum ſputo etiam ſanguinis dolorem patiuntur; in Alijs etiam apparent Puſtulæ, & Apoſtemata venenoſa, colore interdum ſubalbida, interdum nigra, vel liuida; ſecundum peccantis humoris naturam. Prætereà infuneſta laborantis facie, vniuerſo corpore infuneſto, Eryſipelatoſus effloreſcit color, nonnumquam rubet, & qui momento temporis mutatur in deteriorē, liuidum nimirum, viridem, cineritium, ac fuſcum; oculi manifeſtè calidi, & flammei obſeruantur, ſitiunt præter modum, & potu non ſedatur ſitis; cibos faſtidiunt, & abominantur, ſuccreſcuntq. eis inſuper Comata, bilis porraceæ, aut fetidæ vomitus, alui profluuia, tenuia, bilioſa, variegata, opima, fętidiſſima, & flatuoſa: Adſunt & ſanguinis narium ſtillæ, æſtus in thorace, & ventre, Vigiliæ, linguæ ariditas, vocis interceptio; Rurſus iactatione, & inquietitudine, anguſtiaq. implacabili corripiuntur, quibus ſanè, & alijs, Febrem peſtilentis naturæ, & ſortis (ſi diligenter intuearis) cognoſces; Verum caloris conditio, & modus id item patefacient; quippe qui neque impensè calidus, aut perurens videtur, quamuis laborantes intus conflagrari referant ex Galeno; qui Thucididis peſtem exemplificans; *Interiora*, ait, *laborantium ſummoperè exuri, ita vt nil ferre poſsint ſupra carnes, tactu vero exterius nihil percipiebatur excedens*. Et Auicennas *hæc Febris quieta eſt exterius, & perturbans interius*. Et alibi. *Non multum affert ægris moleſtiā Febricula hæc; hinc Medicum, & alios ſæpè decipiunt huiuſmodi febres; quoniam ægrū citius, quam ſperatur interficiunt, & pauci ab ea euadunt*. Vrinæ non ſemper eodē modo in omnibus, neque in ſingulis apparent; quippe aliquando multa, & denſa; aliquando tenuis, aquoſa cum ſedimine nigro, vel liuido; quandoque vero ac ſi quis cum ea farinā permiſcuiſſet, nonnunquam autem veluti ſanorum; Pulſus non ſemper temperatus, & æqualis, ſanus, & laudandus; licet miſer ad mortem feſtinet: Cuius cauſam requirentes, dixerunt, quod natura venenum iam cordi inhærens, abhorret, & contra eum inſurgere timet; quare pugna relicta ad cœteras corporis operationes conuertitur, quas ſanis ſimiles reddit; Et ob id pro certo habuerunt, Medicum ſæpius decipi, & infirmos falli; Quin etiam ægrotaſſe nonnullos febre ſalubri bonis exiſtentibus ſignis, qui tādem peſte defecerunt. Quare taceant quicumque certis ſignis, peſtilentiæ febrem cognoſcere profitentur; quod cum id fieri non poſſit omnem febrem huius ſortis iudicabit pernicioſam; quod magna ſit membri principis læſio, ob cacoethiam, ſeu malignitatem,

6. popul.

Certis ſignis peſtilentiæ febrem cognoſcere impoſſibile.

tem; inter quas perniciofiores iudicabuntur, quæ ſpiritus inua-dunt; eo quia citiſſimè laborantes perimant; Incurabiles, quæ ſolidas corporis partes præhenderint: nam (teſte Galeno) vix excogitari poteſt Medicina ad putredinem, quæ cor occupauit. Verum collatione facta ad prædictas, minus lethales ſunt, quæ in humoribus ſuccenduntur; tum quod inducias dent expectandi; tum vero, quod & ſanguinis detractione, & purgatione, reliquiſq. auxilijs opportunis pugnari permittant.

3. de præſag. ex pulſib.

De Differentijs Peſtis.

DE differentijs peſtis verba faciens Galenus ad rem noſtram, *Vbi qualitas hæc aeris*, ait, *eſt valde intenſa, ita vt corpora etiã, & modicè diſpoſita venenet, & infeſtet, peſtilentias inſignes, & maximas parit.* Sunt vero inſignes Peſtilentiæ illæ, in quibus, & Bruta iugulantur, & maxima pars hominum interit; Talis fuit peſtis illa relata à Thucidide, de qua dicebat, nullum fere hominem fuiſſe eo tempore repertum, quem vel morbus, vel mors, vel luctus nõ attigerit. Talis fuit Peſtis Romæ ſub Veſpaſiano, & Comodo Imperatoribus; quandoquidem, vt memoriæ prodidit Euſebius, decem millia hominum quotidie Romæ interibant: Talis quoque fuit Peſtis, quam narrat Procopius; quando in Vrbe Conſtantinopolitana ſæpe qualibet die duodecim millia hominum è vita decederent. Tales fuerunt etiam relatæ Peſtes à Galeno multæ, & preſertim, quæ eius tempeſtate vniuerſam Europam penè depopulata eſt. Sub Leone etiam Iſaurio relatum eſt in Vrbe Conſtantinopolitana interijſſe trecenta hominum millia. Atque Iacobus de Partibus ſcriptum reliquit, ea peſte, quę inchoauit anno 1345. penè dimidiam hominum totius Orbis terrarum partẽ peſte fuiſse extinctam, quæ Peſtis durauit quinquennium, & ab hac plura oppida fuerunt deuaſtata, & Vrbs Veneta (vt narrat Sabellicus) propter inſignem hominum ſtragem coacta fuit Inquilinos externos vocare, & ciuitate donare.

Peſtilentiæ inſignes, quæ dicantur.

In Cronicis in 11. de bello Perſ.

Hæ itaque fuerunt Peſtes magnę, & inſignes ob intenſam aeris qualitatem Hominibus inimicam. Remiſſa autem qualitas eſt in aere, quotieſcumque & parum duret clades, & pauci homines intereunt: neque omnis generis talis Peſtis (vt narrat Liuius) fuit; Paruas ideo exiſtimabimus eas Peſtes, de quibus Galenus, quarum Alteram (ait) curatam eſſe vrina humana; Alteram vero ſolũmodo pedes tentaſſe. Et Q. Fabio Auguſto, & C. Furio Pacilio Conſulibus, quando plures fuerunt ægri, quam mortui. Ad hæc in peſtibus inſignibus

Peſtis remiſſa quæ dicatur.

Lib. 4. dec. 1.

3. de vſu part. & 10. ſimplic. medic.

inſignibus hoc fuit obſeruatum, vt ex centum ægris vix vnus ſeruatus fuerit.

Cur autem fiat, vt poſtquam Peſtis inſignis ſemel aliquam regionem depopulata eſt, non amplius reuertatur. Cauſa ſatis manifeſta eſt. Primum, quia Cœli vires deficiunt, ſine quibus non fit Peſtis inſignis. Præterea idem contingit in magnis peſtilentijs, quod in illis, qui ſemel paſſi ſunt peſtem (vt de ſua retulit Thucidides) & qui ſemel paſſi ſunt quartanam, quos experientia comprobatum eſt, non ita cito, aut nunquam iterum illis tentari: Aſſignant Medici huius euentus rationem, quia euacuatur, & conſumitur tota illa materia, quæ erat fomes mali, qua conſumpta, nihil amplius remanet, ex quo poſſit nouus morbus excitari; Pari pacto contingit in regionibus iſtis, quæ ſemel vexatæ peſte, vbi poſtmodum illa ſunt liberatæ, vel non amplius, vel nonniſi multos poſt annos iterum ea tentantur; Non alia de cauſa, niſi quia corpora ea omnia conſumuntur, quæ habent in ſe ſe fomitem, & præparationem ad peſtem; quam etiam ob cauſam illi quoque habitatores, & ſpecioſiores è valetudinarijs redeunt, qui & morbi diuturnitate, & prauorum humorum conſumptione ſunt à malo perfectè liberati.

Qui fiat vt poſtquam Peſtis ſemel aliquam regionẽ depopulata eſt, non amplius reuertatur.

Cum itaque iam conſtituta ſit peſtis natura, & eſſentia; Reliquũ eſt, vt ſtricta methodo, & breui videamus, *Quid ſit Febris peſtilentialis ſine peſte, & quas cauſas habeat; Numquid huic noſtræ conſtitutioni tota peſtis definitio adaptetur: An potius febri peſtilentiali conueniat.*

Quid ſit Febris peſtilẽtialis, & quas cauſas habeat.

Pro quo ſcopo adimplendo vnum ante omnia eſt nobis maximè examinandum. Qui ſint morbi de præſenti euagantes, quæ eorum ſubiecta, Cauſæ, & Symptomata; Quo tempore, & quo apparatu apparuerint; ex cognitione quorum profectò non modo febris peſtilentialis, verum etiam ipſiuſmet peſtis præſeruationem, & curationem oriri conſpiciemus.

Qui ſint Morbi de præſenti euagantes, quæ eorũ ſubiecta, cauſæ, & ſymptomata, quo tempore, et quo apparatu apparuerint.

Morbi, qui euagantur ſunt Febres ab intenſa putredine ortæ, quæ per ſe, & primario læſionem ſupponunt in corde, habentq; calorem differentem ab alijs febribus putridis, per excellentiam putredinis, qui calor in partibus externis, & ægro, & Medico, atque alijs tangentibus apparet debilis, verum interius eſt exurens, prauaque afferens ſymptomata. Ad hęc Tumores, plerumque parui, interdum maiores, modo cum dolore, modo ſine, rariſſimè ad maturationem perueniunt; atque hi in varijs corporis partibus in inguinibus, ſub alis, ſubtus; Carbunculi in omnibus corporis partibus, ſępe plures, modo vnus tantum, vel alter, alias parui, alias magni, nonnunquam maximi. Symptomata autem, quæ viſa ſunt, & in actionibus læſis viſuntur hæc fuere: Dementationes,

Con-

Confuſiones animi, Deliria, Vigiliæ, Sopores, Dolores capitis graues, Tinnitus, Impotentia quædam ad motum, Iactationes corporis, Inappetentiæ, Nauſeæ, Sitis, Pulſus parui, celeres, inæquales. In excrementorum mutatione hæc ſunt, Sanguinis ſtillæ è naribus, vomitus ciborum, humorum crudorum, bilioſorum, vermium, egeſtiones crudæ, fętentes, bilioſæ; Vrinæ à principio interdum optimi coloris, ſæpius igneæ, paulo poſt turbatæ, confuſæ, ſubiugales. Diſpoſitiones vero prætèr naturam color vultus, & corporis eryſipelaceus, vibices frequentiſſimæ, in dorſo maculæ nigræ, violaceæ, rubræ; modo paucæ, modo plures; modo anguſtæ, modo latæ, & modo in vna parte corporis, & modo in alia; interdum in toto corpore, plerumque odoris graueolentia. Hæc mala conſequutæ ſunt frequentiſſimè mortes, ita vt viſum ſit interdum, integras familias eſſe extinctas; & quod maximum eſt rari fuerunt, qui decimam quartam diem tranſgreſſi ſint: maior pars in tertia, in quarta, vel in quinta, aut in ſeptima obijt; non defuerunt etiam, qui ſecunda, & prima die occubuerunt; quod etiam ſi in alijs peſtibus, febribuſque peſtilentialibus eueniſſe relatum ſit, in celeberrima tamen illa Athenienſium adeo à Galeno memorata, nequaquam conſpectum fuit; quandoquidem, vt narrat Thucidides, & Lucretius; Ægri in ea conſtitutione, vt plurimum interibant ſeptima, vel octaua die. Corpora tentata his malis non ſolum fuerunt Corpora humana; verum etiam Bruta, non tamen in omnibus partibus, ſed præſertim in territorio Ferrarienſi. Homines autem non promiſcuè hac labe à principio fuerunt infecti, ſed potiſſimum mulieres; nec omnes mulieres, ſed virgines, prægnantes, & meretrices; Inter viros nonnulli ætate conſiſtentes, pauciſſimi ſenes, quos dicebat Plinius, ſemper putatum eſſe à peſte, & febre peſtilentiali minimè tentari; frequentiſſimè omnium pueri, vſque ad decimum ſextum annum, inter quos recenſentur tres Forocorrelienſes illi fratres, familia Lodronchorum ex vno patre nati, qui ſpatio ſeptem dierum omnes perierunt Parmæ, dum in Collegio nobilium ſtudijs vacarent; hinc mœſtiſſimus Amicus eorum funeralia honorare volens, ſequentia protulit.

Lib. 11. Lib. 6.

Senes à peſte, & febre peſtilentiali omnium minimè tentantur.

Squalido, tetro, e portentoſo; ob quale
Dal natiuo Acheronte i vanni ſtende,
E con vapori immondi i corpi offende,
Sparſo in liuidi globi horrido male.
Porge all'ingorde Tombe il duol letale,
Freddo tributo ogn'hor di ſtraggi horrende,
E la morte feconda auida intende,
Rinouar ne gli eſtinti il ſuo natale.

Ma

Ma quali erger potea sì meſte palme,
Quando con dardo di funeſto gelo,
Ruppe i teneri nodi à tre bell'alme?
Non vinſe nò; ma con pietoſo zelo
Empiè cadendo l'aggiacciate ſalme,
D'horror la terra, e di chiarezza il Cielo.

Neque etiam cuiuſuis ordinis Homines laborarunt hac lue, ſed Ignobiles, Serui, Miniſtri, Elluones, Bibaces, Intemperantes, Incontinentes, Salaces, & qui nullam prorſus rationem aut vitæ, aut valetudinis habuerunt.

De origine huius luis peſtiferæ non bene conueniunt. ex Medicis Parmenſibus Aliqui dicunt; Parmæ fuiſſe hanc luem peſtiferam inuectam à quodam Bergomate mercatore, qui rebus infectis occaſionem dederit contagij. Nonnulli ſupponunt, hoc idem contigiſſe Bononienſibus: Bergomates tenent, Aerem aliqualiter infectum ob tempeſtates inæquales, quæ præceſſerunt, hiemes, ſcilicet, auſtrinas, æſtates vero humidas cauſam morbo dediſſe. Alij terram infectam inter cauſas recenſent, idque ex terreſtrium animalium mortalitate deducunt. Alij (vt Mediolanenſes) à ſceleſtis hominibus id factum fuiſſe putarunt, qui venenatis ſorduris, & pulueribus corpora inficiebant, contaminabant, atque occidebant. Verum enimuero ex Mantuanis maior pars mordicus defendit, peſtiferam luem ſortitos fuiſſe ex ſemiputri frumento, putridiſque aquis, & ex penuria rerum omnium ad victum facientium.

Principium huius luis fuit ſatis remiſſum Parmæ in menſe Ianuarij; Ab eo tempore vſque ad menſem Aprilis malum viſum eſt, ſumpſiſſe vires vſque ad menſem Iunij, quo tempore cœpit moleſtare Bononienſes, cuius ſemina cumulatum fructum prodiderunt ineunte menſe Iunij: Circa medium Iulium omnia acerbiora facta ſunt, complures viſi ſunt ægri Bononiæ præſertim, Parmæ, Veronæ, Mediolani, & Mantuæ; frequentiores mortes, atque hæc incrementum ſuſceperunt per totum menſē Auguſti, quibus duobus menſibus, ſi omnia diligenter examinentur, Iudicium ferre poterimus, morbum in ſuo vigore fuiſſe; faxit Deus, vt in futurum declinet, & inquinamentum omne prorſus extinguatur, ita vt amplius non reuiuiſcat, & hæc de ijs, quæ contigerunt.

Tempus iam eſt, vt Animus ad febrem peſtilentialem ſine peſte vertamus, de qua verba faciens Galenus. *Eſt Febris*(inquit)*calida, & ſicca intemperies ex magna putredine circa cordis partes orta, plurimos turbans, atque læthalis eſt, pernicioſa, & contagioſa.* Cuius differentiæ ſumuntur à Cauſis, Morbo, loco affecto, & Symptomate.

Cauſarũ Aliæ ſunt nonnaturales, Aliæ naturales, & Aliæ præternaturales. Inter nonnaturales febris peſtilentialis cauſas connumerãtur Aer intenſe calidus, & humidus, multus venereorum vſus, Triſtitia, & reliquæ animi perturbationes, nimium otium, nimiæ crapulæ, ebrietates, atque praui ſucci alimenta; vt ſunt Triticum ſemiputre, Fruges, & Aquæ corruptæ; Nam hæc, & diſponunt humores ad excellentem putredinem, & ipſos putridos reddunt in corde. Item pannus laneus, vel lineus tranſuectus ab vna Regione in qua adſit Peſtis, ad locum, in quo nulla peſtis ſeminaria vigent, potens eſt Contagium, & Febrem peſtilentialem, excitare. Inter naturales ſexus fœmineus, ætas iuuenilis, vel puerilis, & Tempus anni vernale.

Cur magis viri quam mulieres quandoque peſte premantur; Interdum vero mulieres magis, quam viri.

Sed de ſexu dubitatur. Atque Alij putarunt, non fęmineum, ſed virilem inter cauſas internas mediatas reponendum. Ad dirimendam litem ſupponatur cum Hypocrate libro illo aureo de flatibus, non omnia ſemina peſtis, vel contagij proportionata eſſe omnibus, quia interdum efficitur Febris peſtilentialis, & Peſtis, in qua magis viri, quàm mulieres torqueantur, interdum magis mulieres, vt relatum eſt à Dioniſio de peſte, quæ Romæ ſub Tarquinio vrgebat magis virgines, & prægnantes, quam alios homines; Sic etiam videbitis interdum magis viros opprimere, idque non aliam ob cauſam, niſi quia ſemina illa peſtis ita vocata à Lucretio, aut inquinamenta febris peſtilentialis modo magis proportionata ſunt corporibus virilibus, modo magis fœmineis. Eſt tamdem ſubiectum, vel materia, in qua accenditur putredo per excellentiam ob conuenientiam, quam habet calor putredinalis cum tali materia, quæ exiſtens per ſe in corde ſpiritus eſt, Humor, & ſubſtantia ſolidior cordis, & dicuntur cauſæ præternaturales.

Num Spiritus in peſtifero contagio putrifieri poſſit.

4 Metheor.

De ſpiritibus num putreſiant in peſtifero contagio eſt antiqua, & diu agitata Quæſtio. Ariſtoteles docet, omnia putreſcere excepto igne, quã propter videtur, & ſpiritus etiam poſſe putreſcere. Secundo, maior eſt ſimilitudo inter aerem, & ſpiritum, quam inter aerem, & humorem; ſed Aer corruptus in peſte, & febre peſtilentiali afficere valet humorem, ergo multo magis ſpiritus afficiet, nam *in habentibus ſimbolum facilis eſt tranſitus*.

Diff 94.

Sed contra Conciliator inſurgit, & quatuor machinis munitus probat, quod in ſpiritibus non poſſit accendi Febris peſtilens. Primo Febris peſtifera oritur ex putredine, Spiritus eſt corpus calidum, & ſiccum, ergo non poteſt putreſcere, & conſequenter in eis Febris peſtifera accendi non poteſt. Secundo Febris in ſpiritibus accenſa ex ſe ſemper ſalutaris eſt, Febris peſtilens econtra ſemper pernicioſa, ergo. Tertio, Spiritus ſunt in perpetuo motu, vt iure

Hypo-

Hypocrates vocauerit impetum facientia; ſed quæ in perpetuo ſunt motu omnis putredinis ſunt expertia, ergo. Quarto & vltimo Febris diaria, ſeu Ephimera, quæ ex ſpiritibus originem habet nunquam pertranſit tertiam diem; ſed Febres peſtiferæ quandoque ad decimam quartam pertingunt, ergo.

Pro explicatione huius doctrinæ, & vt huius facti veritas eluceſcat concluſum ſit, etiam & ſpiritus poſſe putrefieri putredine intenſa; Quod ne à nobis gratis videatur aſſertum; Probatur tum Ratione, tum Auctoritate. Primo Corpora calida, & humida in ſententia Galeni maximè putredini ſunt expoſita; ſed ſpiritus calidi, & humidi ſunt, ergo. Maior ab omnibus conceditur, & Minor probata remanet ab Ariſtotele. Eiuſdē auctoris Auctoritate corroborari poterit hæc doctrina, nec non Alexandri, qui quærens rationem; Cur Lyppitudo, & Phtyſis ſint contagioſæ. An quia, reſpondent, ſpiritus ſunt corrupti, & vitiati, qui è corpore infecto exeuntes, & aliud ingredientes corporis habitum coinquinant, & vitiant. Rurſus Iacobus de Partibus narrat, in quadam peſte tempore ſuo excitata, homines concidiſſe ante pedes mortuos, dum ſani ab ipſo conſilium peterent; quod profecto fieri non poſſet, niſi ſpiritus in febre eſſent putrefacti.

9. Methodi 8.

1. Sect. Probl. 8 Cur Lippitudo, & Phtyſis ſint contagioſæ.

Hiſtoria.

Quare haud difficile erit Conciliatoris rationibus reſpondere; Et ad Primam, in qua dicebat, ſpiritus calidos, & ſiccos eſſe, ideoque putredini minimè expoſitos. Reſpondetur, Spiritus poſſe conſiderari dupliciter, vel ſecundum ſuam naturam, vel comparati ad humorem; Si ſecundum ſuam naturam conſiderentur ſunt calidi, & humidi; ſi comparati ad humores, calidi, & ſicci; Ergo non poſſunt putreſcere, Negatur Conſequentia; Quia ex ſe corpora calida, & humida ſunt, & in finibus cordis contenti, mixti cum vapore peſtilenti poſſunt putreſcere, & Febrem diariā peſtilentem generare, vt contigiſſe legimus in Hibernia inſula; & forte illis, qui moriuntur in barathris, & alijs locis peſtilentialibus ſubito, ob hanc febrem vita excedunt: Minus vero putreſcunt facta compoſitione ad humores, ob rationem aſſignatam. Ad ſecundum dicimus, verum eſſe minus putredini eſſe expoſita, quæ magis mouentur, quam quæ immobilia ſunt; ſed quod omnino ſint putredinis expertia, hoc eſt falſiſſimum. Ad vltimum vbi ſpiritus ſunt peſte contaminati, Febris inde exorta vix ad tertium perueniet diem, quandoque etiam non pertranſiet diem integrum, & tunc appellabitur Diaria per ſimilitudinem.

Ab humore vero putreſcente in corde ſæpiſſime accenditur Febris peſtilens: Eſt autem talis humor Simplex, & Mixtus. Simplex, vt ſanguis, ex quo Synochus peſtilens; Bilis vnde Cauſus pe-

 ſtilens,

Febris peſtilentialis vt plurimum ab humore melãcholico.

ſtilens, vel Tertiana continua peſtilens; Pituita hinc Quotidiana peſtilens, quæ de raro contingit. At vero ab humore melancholico ſemper eſſe febrem peſtilentialem aſſerit Rondoletius, & Ludouicus Mercatus; & videtur veriſimile, cum plerumque adſint Carbunculi, Bubones, & Aliæ puſtulæ præſeferentes atram bilem, vel humorem melancholicum. Et tandem ab humore mixto ſæpiſſimè accenditur Febris peſtilens, & præſertim à bile, & pituita; vnde fit Tertiana notha continua peſtilens, aut duplex Tertiana, aut duæ Tertianæ nothæ peſtilentes.

Num ſubſtantia ſolidior cordis poſſit peſtilentia affici. 3. de præſag. ex pulſ. 2. 3. & 4.

Num ſubſtantia ſolidior cordis poſſit à materia peſtilenti peſtilentia affici, atque ita Hecticam peſtilentem gignere, quamuis dubio vertatur inter auctores; & Partem affirmatiuam fautorem habeat Galenus, Ipſe tamen in ea opinione ſum, vt vel non contingat, eo quia ſolidior cordis ſubſtantia longam iniuriam non ſubſtinet, vel de raro contingat.

Secunda Differentia ſumitur à morbo, qui eſt Febris, & Tumor præternaturã. Febris (vt ſupra diximus) poteſt eſſe tum Diaria, tum Putrida, tum Hetica; & ſi Putrida vel erit Synocha, vel Cauſus, vel Tertiana notha, vel Alia putrida peſtilens. Tumor eſt Carbunculus, Bubo, Tumor ſub alis, & eiuſmodi alij affectus, qui licet ratione febris peſtilẽtis, quam ſequuntur velut vmbra corpus, ſint Symptomata in affectibus corporis, quæuis tamen lædunt actiones, dicuntur morbi in magnitudine aucta; Imo Vulgares hos in peſte vocant morbos.

Tertia Differentia ſumitur à loco affecto nam locus affectus in febre peſtilenti (vt diximus) eſt ipſum Cor, ad differentiam aliarum febrium putridarum, in quibus non per ſe Humor in corde ſtagnat, ſed aliunde vapor putris, ſeu Fuligo putris ad cor tranſmittitur.

Febres putridæ cur contagioſæ non ſint.

Et hic Problema diſcutiendum proponitur. *Qui fiat, vt Febres putridæ non ſint contagioſæ*; cum conſtet ab ijs etiam corporibus, quę febre putrida laborent tolli vapores putridos; & tamen non eſt à quopiam Scriptore proditum, Febrem putridam alijs communicari. Ætius hanc terminat difficultatem, cum ait. Etenim materia merito cuius fit Contagium in febribus duas potiſſimum conditiones habet; Primum eſt ſummè putrida, & ratione putredinis eſt etiam lenta, & tenax, Deinde vſque adeo eſt inimica, & aduerſaria calori humano, vt protinus eum eneruet, quominus valeat ipſi reſiſtere. Quare vbi vapores ab hac materia putreſcente tolluntur ſuo lentore pertinaciter adhærent, & infiguntur corporibus proximorum. Ad hæc ita hebetant calorem natiuum, vt non poſſit eis reſiſtere. Ijs conditionibus caret materia febris putridæ; Neq; enim

enim ſummè putrida eſt; propterea vapores ipſi non ſunt adeo tenaces, & viſcidi; neque ita ſuperant, & vincunt calorem natiuum, quin ille poſſit reſiſtere: Iure inde fit, vt non ſint contagioſi, & ſi putridi à corporibus febrientium mittantur in alios.

Nota præterea quod in febre peſtilentiali Aliæ etiam partes præter cor afficiuntur, cum ad eas materia peſtilens feratur, quæ partes ſunt internæ, & externæ; Internæ, vt Cerebrum, vnde Delirium, Coma, Cataphora, Conuulſio, Tremor, & eiuſmodi alia Symptomata excitantur, iuxta materiæ conditionem, & locum affectum: ſic Hepar, ad quod viſcus delata materia facit Dyarreas, fluxus hepaticos, & ſimiles; Ventriculus, qui perſæpe in febre peſtilenti afficitur, ex quo Cardialgia, Vomitus, Sitis, Nauſea, & Cruditas. Pulmo, læſione, cuius difficultates reſpirandi, Tuſſis, & huiuſmodi. Externæ vero vt Cutis; Vbi quotieſcunque materia peſtilens delata fuerit, quandoque per ſudorem, & inſenſibilem halitum exhalat, euaporatque, quandoque in ipſa cute concreſcit, & exanthemata effloreſcunt (Vulgares barbari Petecchias appellant) multoties in alis, & in inguinibus Tumores excitantur, Bubones dicti; & tandem Carbunculi, qui in quacunque cutis parte generari poſſunt, & generantur, carnemque non raro, & cutem exedunt, exulcerantque.

Vltima differentia à Symptomate ſumitur; Quod eſt Actio læſa, excreta omnia, & Affectus, Qualitateſque corporis. Omnes actiones, tam Animales, quam Vitales, & Naturales in febre peſtilenti lædi poſſunt; plerumque tamen illæ magis læduntur, ad quorum fontes, & principia fertur materia peſtilens; Vt cum fertur ad cerebrum læduntur Animales; cum ad cor Vitales; cum ad Hepar Naturales. In excretis interdum Vrinæ ſunt conturbatæ, interdum aquoſæ, & tenues, aliquando etiam ſimiles naturalibus; quo tempore maximè fraudulentes ſunt (Galeno teſte) Deiectiones aliquando ſupprimuntur, aliquando ſunt colliquatiuæ. Vomitus vt plurimum obſeruantur virulenti, ita etiam ſudores dyaphoretici, ſyncoptici, & frigidi: ſanguis ſtillatim ex naribus profluit, frequens Symptoma febrium peſtilentium. *1. de diff. febr. c. 4.*

Quoad affectus, & qualitates corporis omnia ferè horribilia in febre peſtilenti fieri poſſunt; Quare à Galeno *Terribilis aſpectu dicitur*, & inter cætera ſunt ea, quæ in cute apparent, vt Carbunculi, Bubones, & Exanthemata; Quæ à Carbunculis, & Bubonibus differunt (vt infra manifeſtius declarabimus) quia in his materia venenoſa, & peſtilens eſt collecta in vna parte, in Exanthematibus vero (quæ vulgariter Petecchias appellant) eſt ſparſa, & diffuſa per vniuerſam ferè cutem, & ſic in diuerſis partibus; poſſunt, & aliæ diffe- *Exanthemata à Carbũculis, & Bubonibus in quo differant.*

differentiæ de febre peſtilenti adduci, quæ ab aliquo accidente ſunt deſumptæ; ſed à nobis ommittuntur, quia nequeunt methodo comprahendi.

De Signis.

SIgnorum Alia ſunt Memoratiua, Alia Indicatiua, Alia Prognoſtica. Memoratiua ſunt inuentio cauſarum procatarticarum, quæ haberi poſſunt ab ægrotantibus, & Aſſiſtentibus; Cumq. magis faciant ad medici gloriam, quàm ad ægri ſalutem, hic conſultò ommittuntur. Indicatiua ſumuntur ab ipſius febris peſtilentialis Eſſentia, Cauſis, & Symptomatibus.

2. ſimplic. cap. de bolo armeno. De eſſentia febris peſtilentialis loquens Galenus, *Eſſentia febris peſtilentialis eſt*, inquit, *calor præter naturam, qui exterius, & Medico & alijs tangentibus apparet debilis, ſed interius ita vrit, vt ægri magno flagrent incendio, & ob id inæqualiter ſe iactent, neque valde ſubtilium veſtimentorum, aut linteorum veſtimenta, neque aliud quodquam præter nuditatem ferre poſſint, interdum tamen non valdè vrit, nec in externis, nec in internis partibus, & Febris lenta admodum apparet, ſed cito interficit.*

1. de diff. febr. c. 2. & 4. Sumuntur ſigna à cauſis, quarum Aliæ ſunt externæ, Aliæ internæ. Inter externas connumerat Galenus Otium, Balneum, ſtatim à cibo, Venereorum immoderatus vſus, Triſtitia, & Somnus meridianus, quæ omnia, & horum ſimilia (teſte Ætio) eatenus ſunt (lib. 5. cap. 94.) cauſæ febris peſtilentialis, quatenus gignunt humorem aptum ad putredinem per excellentiam. De internis vero dum loquitur citatus Galenus, *Cauſa*, inquit, *quæ exiſtens in corpore non per ſe gignit febrem peſtilentialem, eſt temperamentum calidum, & humidum, ætas adoleſcentiæ, ſexus fœmineus: Cauſa interna vero per ſe, & immediata eſt humor cordis, in quo eſt putredo per excellentiam; eſt etiam interdum ſubſtantia ſolidior, aliquando etiam ipſi ſpiritus cordis.* (3. de praſag. ex pulſ.)

Et tamdem ſumuntur à ſymptomatibus, quæ ſunt Actiones læſæ, excreta, & Affectus corporis. Actiones læſæ Animales ſunt, Vitales, & Naturales: Animales Rectrices, Senſitiuæ, & Motiuæ: Dicitur Facultas rectris læſa in febre peſtilentiali, quotieſcumque delirat Patiens ob læſam Imaginationem, Ratiocinatiuam, & Memoriam. Dicitur læſa ſenſitiua communis, quia interdum Vigilia, interdum Cataphora premitur. Ægrotans, qui quandoque febrem non ſentit, non ſentit dolorem. Propriam vero læſam volunt vel in Tactiua, vel in Guſtatiua: in Tactiua quando ſentitur ſæpe frigus in extremitatibus, & incendium in partibus internis,

Dolor

Dolor capitis, & ventriculi: in Guſtatiua vero, quotieſcumque ſentitur in ore Amaritudo, Sitis, & tantum cibi faſtidium, vt prius eligat æger mori, quàm cibum aſſumere. Motiuæ item læſæ apparent, quotieſcumque Tuſſis ſicca, Oſcitatio, Pandiculatio, Inquietitudo ferè perpetua, & Conuulſio præſertim in brachijs, in quibus ſentitur motus ille tremulus, qui à iunioribus practicantibus *Iectatio* appellatur. Vitales, quod deſumitur ex animi defectu, & syncope; Præterea, Pulſus eſt debilis, paruus, creber, inæqualis, inordinatus, & interdum etiam naturali ſimilis: Reſpiratio eſt magna, celer, crebra, inæqualis, inordinata; ſæpe etiā magna, & rara. Læditur Facultas naturalis; & primo Attractio, quia ſępe adeſt difficultas deglutiendi; lęditur Retentio, Coctio, & Expulſio; quia ſæpe adeſt Vomitus, alui fluxio, ſtillæ ex naribus, excreta Vrina, plerumque etiam turbida (quam ſubiugalem vocant) interdum etiam aquóſa & tenuis, aliquando nigra, & liuens, prauaq. habens ſedimenta; interdum etiam ſimilis naturali. Deiectio eſt multa, bilióſa, liquida, fętida, vt videatur, vel potius re vera ſit colliquatio: Vomitus nunc bilioſus, nunc pituitoſus, ſemper tamen fętidus: Sudor item fętidus eſt, ſed plerumque frigidus: Pro quo Paulus. *Inter ſigna febris peſtilentialis illud*, inquit, *videtur enumerandum, vel potius ante alia ponendum, Magnitudo, ſcilicet, & prauitas ipſorum symptomatum, quæ longo interuallo ſuperant ipſum morbum; adeo vt maiora ſint symptomata, quàm ipſe morbus.*

Circa quorum ſignorum conſiderationem Vnum maxime ſcitu dignum occurrit, quod itē ſupra tetigimus, *Qua de cauſa fiat, quod in febre peſtilentiali, & præſertim in Ecthica Pulſus, & Vrina fiant ſimiles ſanis*. Alij huius opinionis fuerunt, quod Aer inquinatus, & peſtifer, vel cibus corruptus, ſola praua qualitate corpus ægrorum inficit, non autem putredine, propter quod mera qualitas nō alterat, neque commouet humores vllos, vt deinceps non ſit mirum, neque Pulſus, neque Vrinas mutari. Sed hæc reſponſio falſiſſima eſt, atque ſupra docuimus, peſtiferas febres fieri ex larga, & immodica putredine, adeo vt merę ſint fabulæ, quod hæ febres ſola qualitate afficiant. Dinus auctor grauiſſimus ſuo tempore, vt redderet cauſam huius rei dicit, quod Calor natiuus, Humor, & ipſius cordis ſubſtantia parum mutata ſit; vnde cum Pulſus ſit actio cordis, eo parum mutato, parum etiam mutatur Pulſus; ſic igitur, cum calor natiuus parum mutatus ſit, non fit agitatio in maſſa ſanguinea, & ideo Vrinæ non mutantur; Verum hæc opinio, & ipſa (meo iudicio) à vero aberrat, quia Febris peſtifera vbi pulſus eſt ſimilis ſanis, vt plurimum eſt Hæctica; in hęctica magnopere mutata eſt ſubſtantia cordis, Vnde non eſt dicendū, quod

Qui fiat vt in febre peſtilentiali, & præſertim in Ecthica Pulſus, & Vrina fiāt ſimiles ſanis.

Pulſus

Pulſus non mutatur, quia ſtatus cordis non mutetur.

Differ. 94. Conciliator, vt Item huius rei rationem redderet, Naturã (ait) in morbis peſtiferis deterreri materiæ malignitate, deterritam non audere contra ipſam inſurgere; & propterea cum non inſurgat cõtra eam, relinquere immutatos, & pulſus, & vrinas. Sed neque hęc Ratio ſatisfacit duabus de cauſis; Vna eſt, quia Natura non cognoſcit, non videt, qui fieri igitur poteſt, vt eam dicamus deterreri. Altera cauſa, quia à natura prouida comparatum eſt, vt ſemper facultas corporis noſtri ſurgat aduerſus cauſas noxias, & morbificas, atque eas repellere conetur; Igitur non eſt dicendũ, quod Natura non audeat contraire veneno? Quapropter videtur mihi Galenus, veram huius rationem docuiſſe; Nam cum cognouiſſet hanc rem eſſe valde dubiam protulit, non aliunde fieri pulſus ſimiles pulſibus ſanorum, niſi quia in febre peſtilenti, & prçſertim in hęctica, in qua ſępiſſimè hoc obſeruatur, ſolummodo ſubſtantia cordis ſolida à calore putredinali occupata eſt; Humores, ſpiritus, & partes cordis vicinæ frigidę ſunt, ex harum partium frigiditate, & ex calore cordis efficitur quędam moderata caliditas, quę pulſum ipſum nequaquam mutat. Poſſumus huic cauſę addere, & aliam ab eodem Galeno allatam, fieri, ſcilicet, pulſum moderatũ in peſtiferis, quia virtus eſt debilis, & neceſſitas euentationis eſt magna; ex neceſſitate magna, & virtute debili fit quidam moderatus motus, qui reddit pulſum ſimilem pulſui ſanorum; Luculentiſſimum huius rei affert exemplum de viro debili, quem ſectẽtur Lictores (inquit Galenus) Vir iſte, quia debilis eſt non poteſt currere, quia tamen Lictores ipſum vrgent, conatur fugere: Vnde ex neceſſitate, & imbecillitate ambulat medio quodammodo inter curſum, & debilem ambulationem: Sic dicit Galenus, vbi virtus eſt debilis, & neceſſitas magna moderatus fit pulſus.

3. de præſag. ex pulſibus c. 4.

1. de cauſ. pulſ. c. 8.

Verum hic medicinæ candidatus dicet, credimus Galeno circa pulſum; at de vrinis, quid dicemus? In peſtiferis quandoque, & præſertim in Hęcticis non multum facultas naturalis eſt infirma; primo, quia huiuſmodi febris eſt in ſolidis cordis partibus, tum quia hæc febris parum durat; cum igitur facultas naturalis parum ſit perpeſſa, iure Vrinæ, quæ regulantur, & gubernantur ab hac facultate à naturalibus non variantur.

Affectus corporis indicant rurſus peſtilentem febrem, qui ſunt Viſibiles, Audibiles, Odorabiles, & Tangibiles. Viſibiles, quia adeſt plerumque Facies Hippocratica, hoc eſt deſcripta ab Hypocrate: Hypochondria ſunt tenſa, color ſimilis effloreſcit humoribus, plerumque tamen pallidus eſt, liuens, & niger; adeſt Nigredo, & ſiccitas in lingua, adſunt Carbunculi, Bubones, Exanthemata,

ta, & Alij tumores, vel vlcera. Audibiles, quia ſæpe adeſt ſingultus, ructus, ventris crepitus, & eiuſmodi. Odorabiles, quia ſentitur maximus fętor in excrementis, ita etiam in expiratione ægrotantis; & hoc eſt ſignum maximum, quo vulgares cognoſcũt febrem peſtilentem. Tangibiles, partes externæ numquam ſunt valde calidæ; imo potius (vt ſupra diximus) ſunt frigidæ, & adeſt tenſio in Hypochondrijs: hæc de indicatiuis.

Prognoſtica tandem docent, nos præcognoſcere Tempus, euentum, & modum; vel viam, qua itur plerumque per criſim ad ſalutem, vel ad mortem. De euentu Galenus ſcriptum reliquit. *Hæc febris ſuapte natura eſt læthalis; eſt enim morbus maximus, cum putredo per ſe ſit in corde, & praua admodum afferat Symptomata, ob affectas partes principes.* Si tamen vires ſunt validæ non omnino deſperata eſt ſalus, præſertim ſi putredo ſit in humoribus. Quare diligenter perpendenda eſt Vis naturæ, & morbi, & ex maiore huius, vel illius robore prædicenda eſt ſalus, aut mors, iuxta dictum Galeni. *In rectè præſagiendo oportet peritum, doctumque Medicum morbi magnitudinem cum viribus ægrotantis comparare; nam ſi morbus vires ſuperat ad malum eſt præſagiendum, ſi vero ècontra bonum.* Cautè tamen in his procedendum, quia ſæpe Febris hæc ſolet decipere, vel peritiſſimos Medicos; proinde ſi perpendamus febrium differentias; Hectica peſtilens eſt prorſus incurabilis (Galeno præceptore) Cauſa febris peſtilentis vehemens eſt ratione materiæ, quia materia eſt venefica, toto genere præter naturam, & pręterea ſummæ actiuitatis; Adeſt etiam vehementia dignitatis: hæc enim cauſa (vt diximus) cor petit; Eſt vehementia facultatis, quia vi huius cauſæ promptè virtus ſuccumbit. Quoad Symptomata (vt ſupra notauimus) hæc quoque in febre peſtilentiali omnibus modis ſunt vehementia; quoad virtutem hæc vt plurimum debilis euadit, in hac ſalutis vnica ſpes eſt ſita, ſi nimirum robuſta ſit, vt excrementum veneficũ expellere poſſit. Quoad tempus raro pertranſit decimam quartam, verum in his plerumque iudicatur; interdum in tertia, & quinta, aliquando in ſeptima, nonnunquam etiam longius perducitur, ita vt Ipſe obſeruaui Amicum non vulgarem ad 24. perueniſſe.

4. de præſag. ex pulſib.

Febris peſtilẽtialis peritiſſimos vt plurimum decipit Medicos.

3. de præſag. ex pulſ. c. 3.

Sequitur ſalus poſt criſim cum inſigni aliqua euacuatione per vrinas, deiectiones, vomitum, ſudorem, fluxionem ſanguinis ex naribus, Hæmorrhoidibus, Vtero. Mors vero per Parotides, Syncopem, conuulſionem, ſtrangulationẽ, & per viriũ diſſolutionem, ex vi morbi, ſuperfluis euacuationibus, & inedia, quandoquidem mallent ægroti mori, quam cibum capere.

Cæterum dicet Aliquis. Si Parotydes in his febribus lætha-

Dubium proponitur de Parothyde, num ſẽper lethalis. *30. Probl. Medic.* *Libro definit.*

les, Cur igitur Caſſius, & Galenus ſcribunt, veteres Medicos appellari eas Dioſcuras; Propterea quod ſicut duo illa ſydera dum apparent, ſerenitatem indicant; ſic etiam Parotides, vbi apparẽt, ſanitatem portendunt. Reſpondemus ad difficultatem dupliciter: Vno modo, quod ſententia Caſſij, & Auctoris libri illius definitionis intelligenda eſt, vbi non ſit peſtilens conſtitutio; nam Galenus declarans ſententiam illam Hypocratis, quod ſedimentum in vrina ſemper bonum eſt (inquit) Intelligendum eſſe, niſi ſit peſtilens conſtitutio; Sic etiam dico, quod Parotides portendunt ſanitatem, ſi non appareant in peſtiferis: quia in his febribus omnia ſigna ſunt multum infida: Altera reſponſio, quod Parotides vel apparent in principio, vel in fine; Si in fine ſemper bonum eſt, & ſic intelligenda horum ſententia; Si in principio apparent, dico, quod ſemper malæ ſunt: Quia fiunt à natura vi morbi coacta.

Satis ſuperque de Peſte tractauimus, Item morbi de præſenti euagantes per partes explicati ſunt; Rurſus febris peſtilentialis ſine peſte naturam, Cauſaſque notas fecimus. Pro noſtro ſcopo adimplendo reſtat nunc vt videamus.

Morbi, qui de præſenti euagantur, nũ ſub nomine peſtis; anvero connumerari inter febres peſtilentiales debeant.

Num ſub nomine Peſtis collocandi ſint ſupradicti morbi, An potius inter Febres peſtilentiales ſine peſte connumerari debeant. Ex quorum concluſione Indicationes Præſeruatiuas, & Curatiuas ad honorem Dei, & publicam vtilitatem deducemus.

Argumenta, quæ probãt nomine peſtis inſigniri debere. Primo.

Conſtantiſſimum eſt apud omnes ferè artis Medicæ Profeſſores, Morbos hos vagantes ex genere febrium peſtilentialium fuiſſe: Sed contra ſic Aliqui argumentantur.

Et Primo habent omnia requiſita ad peſtem, ergo. Antecedens auctoritate Hypocratis ſtabilitur, Qui ad rem noſtram. *Quicunque morbus* (ait) *poteſt eſſe Peſtis, modo Contagioſus ſit, cõplures eodẽ tempore attingat, in diuerſis ciuitatibus, & maiorem partem perdat.* Sed experientia manifeſtum eſt, complures attigiſſe, in diuerſis ciuitatibus, eodem tempore, maioremque partem Contagio medio perdidiſſe; Non eſt ergo, vt dubitemus aſſerere, morbos euagantes peſtilentiales fuiſſe, nomine peſtis deſignari debere.

Secundo. *3. Epidem. text. 3.*

Secundo, multa Symptomata obſeruantur in his morbis, quæ obſeruata fuere ab Hypocrate in Epidemijs, Vt Inappetentia, Rubor teſtium, Dolor capitis intenſiſſimus, Delirium, Papulę, Bubones ſub axillis, & inguinibus, Eryſipelata in diuerſis corporis partibus, Carbunculi, Stillæ ſanguinis ex naribus, & ſimilia: Sed illi fuerunt declarati peſtilentiales, ergo & hi.

Tertio.

Tertio inter ſigna antecedentia peſtem ex Claſſicorum omnium conſenſu numerantur præſertim Exhalationes ſubterraneæ, Animalium interitus, Æſtas humida, quæ præceſſit; & Venti auſtra-

les:

les: Sed hęc omnia(vt diſcurrendo per ſingula)præceſſerunt, ergo. Minor Probatur; Occaſione namque tumultus in Italia,& præſertim in Gallia Cyſalpina ad Trinceras vulgariter dictas, Valla ardua,Mediatas Lunas,& ſimilia conficienda mota eſt Terra, ex cuius motu nemo expertus non eſt, Exhalationes peſtiferas illas quidem exhalatas fuiſſe. Item quod Æſtas per tres annos continuos humida fuerit, Lyppis, & Tonſoribus ſimiliter innotuit, qui cum veritate etiam atteſtari poterunt, in præterita hyeme Auſtrinas conſtitutiones calidas,& humidas prædominatas fuiſſe, multaque quadrupeda Animalia interijſſe.

Quarto, *Relinquere ſenſum, & ſequi rationem Imbecillitas eſt intellectus.* Ex relatione multorum, quibus Fides præberi poterit habuimus, Mediolanenſem Ciuitatem deuaſtatam fuiſſe ab hominibus quibuſdam iniquis, qui medijs lorduris, & immunditijs veneno grauidis Peſtem diſſeminabāt,non ſecus ac factum fuiſſe olim Patauij & Mediolani iterum Suſius teſtatur,ergo. Nec mirum alicui videri debet, ex ſupradictis lorduris infectis potuiſſe aliquem infici; quando multos veneno fuiſſe enecatos ſolo contactu natium in ſella venenata, & pedum in ſtapedibus, experientia magiſtra docuit. *Quarto.*

Quinto, Signa comitantia veram peſtem ſi conferatis peſtem narratam ab Hypocrate de Cranone, relatam à Thucidide, a Lucretio; Si conferatis eam, de qua Euagrius ſcribit, Nicephorus; Si eam horrendiſſimam, quam narrat ſub Iuſtiniano Imperatore fuiſſe Conſtantinopoli Precopius; Sunt Febres ardentes,Contagium, Febres placidæ, Dolores capitis, Deliria, Carbunculi, Bubones, Tumores præternaturam, Mortes ſubitaneæ, & extinctiones familiarum; ſed hæc omnia, hac tempeſtate, noſtro malo Fato in morbis euagantibus obſeruauimus, ergo ex his deduci poteſt, morbos hos euagantes veræ peſtis nomine,cum effectibus gaudeant, gaudere. *Quinto.* *2. Epidemior. 2. Hiſtoriar. 6. De Natura. 4. Hiſt. Eccleſiaſt. c. 28. Lib. 17. cap. 18 11. De bello Perſico.*

Sexto, Omnis vera Peſtis fit ab aere(vt probatum eſt) Peſtis hæc noſtra; quemadmodum fusè demonſtrauimus habuit omnes conditiones veræ peſtilentiæ; igitur hæc noſtra Peſtis facta eſt ab aere (cum dico noſtram peſtem, intelligo omnes eos morbos, qui ſupradictas regiones ſunt depopulati. *Sexto.*

Septimo, Si quæ ratio perſuaderet, hanc non eſſe peſtem maximè profecto iſta eſt,quia, ſcilicet, non ſimul, neque ordinatè ea peſtis Regiones tentauerit,non ex æquo omnes Ciuitates, & Villas deuaſtauerit,ſed ſine ordine modo hanc,modo illam, inſtar fulminis peruagauerit; Sed hæc ratio non conuincit,ergo. Probatur Minor ab Euagrio ſcriptore Eccleſiaſtico, qui docet viſum eſſe ple- *Septimo.*

Hiſtoria. rumque in aliqua Vrbe, Dimidium populi fuiſſe infectum, & Aliud dimidium fuiſſe liberum. Nec minus admiratione dignum eſt, quod refert Thucidides, Athenienſium, ſcilicet, Vrbe lethaliſſima peſte laborante, Hoſtes, qui extra mœnia agros ferro, & igne vaſtabant, eam non ſentire, atque etiam Ipſam Polopponeſum intactam fuiſſe. Quibus volo illud addere, quod Elias Capreolus in Annalibus Brixienſibus teſtatur, in ea celeberrima peſte, quæ tempore Galeni ſub Marco Antonio Imperatore totam Italiam vexauit, Brixiam, & omnia ipſius ſuburbia fuiſſe intacta, cum tamen Peſtis eſſet in omnibus Italiæ regionibus. Si igitur adſunt Rationes, quæ infra pronuncientur, ſi luculentiſſima exempla, in alijs peſtibus contigiſſe (Aere etiam infecto) non fuiſſe Peſtem continuam, ſed inordinatè varias Vrbes fuiſſe infectas, Cur negare debemus, hanc peſtem factam fuiſſe ab Aere; Quia Ferraria, Rauenna in medio peſtis, à peſte præſeruatæ fuerint?

Multiplex, variaque hac de re Medicorum ſententia, nobis ita confuſam, ac impeditam iſtam deliberationem reddiderat, vt pene intactam relinqueremus, veriti ne parem tanto argumento, diligentiam, atque ſolertiam poſſemus afferre, idque eo libentius faciebamus, quod Plerique latius, ſubtilius, & cum maiori cura de hac ipſa re diſſeruerunt: Cæterum Ioannis Georgij Coſtagutæ feliciſſimæ memoriæ ſic apud me valuit Humanitas, illi vt omnino parendum eſſe duxerim, Paucis ergo pro loco, & tempore inſtitutam Diſputationem proſequar, ſimul officij, ſimul excuſationis gratia breuiter iſta præfatus. Atque vt inde exordiar, quod eſt in hac ipſa re potiſſimum.

Nota primo. *Quæſtio de nomine inutilis.* Nota primo, quod cum Quæſtio de nomine adeo ſit vana, & abomineuolis apud omnes Auctores, & præſertim apud Galenum, vt ab ea omnino abſtinendum eſſe, teſtetur; Ipſe exiſtimaui inutile prorſus, & vanum de nomine peſtilentiæ contendere, exemplo eorum, qui Aſtrologiam, hæreſim, & cum improbis conuerſationem peſtem appellent: Quorum item exemplo appellari Peſtis poſſet Opthalmia, Scabies, Febris peſtilentialis, & ſimiles; quando huiuſmodi loquendi modus improprius mortalibus damnum irreparabile non apportaret; Atqui nomine ſolo peſtis Domus ſingillantur, & clauduntur, bona omnia comburuntur, & ſuffurantur, præ timore ſani ægrotant, & ægroti ab Aſtantibus, Medicis, & Domeſticis derelicti, fame multoties pereunt; In horum corroborationem adnectam ea, quæ Patritius Ferrarienſis Celius Calcagninus, Vir omnigenæ eruditionis, Bonauenturæ Piſtofilo ſcripſit. Cum enim in Ferrarienſi Vrbe proditum eſſet, Peſtilentiam ædes, ac Familiam eiuſdem Celij peruaſiſſe, ob mortem Famuli, qui

Lib. 10. epiſtolarum. *Celij Calcagnini Patritij Ferrarienſis aureū documentum.*

quiſcabie inclementiſſime laborabat; ſanitatis Præſides ipſi Celio commune Cœlum interdixerunt, quod cum iniuſte factum Ipſe egerrimè ferret contra eoſdem Præſides hos reprehenſionis aculeos intorquet.

Hæc non dico per ſuſpicionem, ſed per contumeliam geruntur, non explorata eorum, quæ gerantur cauſa, ſed ex leuiſſimarum rabularum ſententia ſumpto conſilio, quorum Alij augent in maius, vt non fruſtra conducti videantur; Alij, vt amplient ſtipendia, & in publicis calamitatibus nundinentur; Hæc ſunt, ſcilicet, vt video, quæ tot familias perculerunt, quæ totam Vrbem infamarunt, quæ apud nos ſolitudinem fecerunt. Et paulo poſt, & hæc à me obiter in gratiam meorum ciuium dicta ſint, quos miſeris modis afflictari ſentio; Dum Alij Valentes in Peſtilentum numerum per inanem ſuſpicionem referunrur, & ad certam mortem damnantur; Alij in morbo, qui nihil habet contagij crudeliter deſeruntur; Sunt quorum Domus, ac Bona ab ijs, qui exercent Libitinam per licentiam diripiantur: Denique Ciuitas tota peruerſa, ac præpoſtera hac diligentia diſſipatur vſque ad internicionem; Vt multo ſatius ſit remedijs carere, quam hæc tam periculoſa, tam infeliciter tentare; hucuſque Celius. Et certe eo tempore, quo Peſtilentiales morbi graſſantur, tanta eſt Peſtis ſuſpicio, vt cum ſemel animos occupauerit, nullus ſuſpicandi finis inueniatur; Pluresque timore debilitati, ac fracti, quam peſtis atrocitate infeliciter perimant. Cum peruagata hominum opinione liceat hoc tempore Viris ſapientibus colluctari, & rei veritate inſpecta aliquam de famæ fidem abrogare; non enim cordati Viri eſt opinioni, quæ leuiſſimorum hominum plerumque animis inſidet, fidem adhibere; ſed oportet præſtantiſſimorum Medicorum peritiam in conſilium vocare, rē acriter diſcutere, & abdicato falſiſſimo imperitorum hominum rumore, aduerſus inanem famam ſententiam ferre. Aduertant Rectores Vrbium, & publicæ Pręſides ſanitatis, immanitatem temporum omnia exaſperare, & terrorem publicum vaniſſimis rumoribus fidem conciliare; Quamplurima enim conficta, atque ementita ſunt per audaciam eorum, qui magna aggredi, difficilia curare, Patriam tueri turpiſſimo gloriolæ quæſtu ſe iactant; Non igitur inanibus diſceptationibus, non auctoritatis oſtentatione, non altercationibus, non contumelijs, non alienæ rei familiaris iactura, non terrore; ſed Induſtria, Conſilio, Prudentia, Salutaribus remedijs, aduocatis Viris ſapientibus publico malo eſt occurrendum.

Nota ſecundo ad Peſtem conſtituendam in ſententia Hypocratis deſiderari, vt morbus æquo pulſet pede pauperum tabernas, Regumq. turres, vt ſit Communis cuiuis ætati, & ſexui, vt ſit Cōtagioſus, *Nota ſecundo. Ad Peſtem conſtituendā, quæ neceſſario requiruntur.*

Variola, & Morbilli cur impropriè morbi Epidemici appellentur.

tagioſus, & quantum in ſe eſt omnes, ſeu maiorem partem ægrotantium interficiat. Quapropter Variolæ, & Morbilli opprimẽtes ſolummodo Pueros, impropriè Morbus communis, & Epidemicus appellabitur, & ſi dimidium Italiæ ex ipſis obierit; Impropriè item Epidemius dicetur ſi ex perſonarum conditionibus ſolummodo Pauperes, & diuitiarum inaffluentes viſitauerit; quod ſi caſu eueniat, vt morbus euagetur communis, & contagioſus, ſit verbi gratia, ſcabies oculorum, Lyppitudo, & ſimiles profectò hi morbi impropriè peſtilentiales appellabuntur. Ratio in promptu eſt, quia ex ſui ratione neminem iugulant; Neceſſe eſt ergo, vt in Peſte Cauſa ſit communis, ex qua morbus communis fiat; & quod omni diligentia, & induſtria adhibita, ſui ratione ſit læthalis; vt Sauanarola teſtatur, dicens, *Curare peſtem ſoli Deo ſeruatum eſt.* Quocirca ſi frequentes occurrant mortes ex Medicorum erroribus, ex incuria, & negligentia Aſtantium, ex ægrotantium inobedientia, aut ex quauis alia externa cauſa, & non ex violentia, & propria natura morbi; profectò haud morbus peſtilentialis dicetur (propriè loquendo) quamuis vniuerſus ferè populus è vita decederet.

Nota tertio.

Nota tertio, Bubones, Carbones, & alia Apoſtemata, quæ occupare ſolent Axillarem partem, Inguina, Collum, & Aures, poſſe non ſolum cum maligna, venenata, & peſtilentiali febre regnare; verum etiam ſine febre, vel ſatis miti. Rationales Medici, vt ex eorum ſcriptis colligitur, hanc edocent doctrinam. Et vt à Galeno exordiar. Hic Auctor, dum nobis ſignificare modum intendit, quo ſupradicta Apoſtemata generentur, Iſta profert. *Humidiori parte bilis, & ſanguinis exiccata non ſemper craſſiſsima remanet, & acutiſsima, quæ à prouida Natura ad cutem depulſa, Apoſtemata generat, & non Peticulas, eo quia Iſtæ originem habent à materia ſubtili.*

3. aphor. com. 9. & 14.

Cur in Hiſpania frequentiſſimè Peticulæ, quas Gauardiglias vocant, raro Bubones, Carbones, & Antraces obſeruentur.

Hinc Problema ſoluitur à Caſſiodoro propoſitum. *Qui fiat* (dicit prædictus Auctor) *quod in Hyſpania frequentiſsimè Peticulæ* (*quas Gauardiglias Hyſpani nominant*) *raro verò ſupradicta Apoſtemata obſeruantur*: An quia Hyſpania vniuerſa calidiſſima, & ſicciſſima eſt humorum tenuium feraciſſima, qui ad cutem tranſmiſſi Peticulas, non Apoſtemata generant, quæ frequentiſſimè generantur in Regione humidiori, & frigidiori. Hæc ipſa Apoſtemata quandoque Febrem acutam conſequuntur, multoties ſine febre viſuntur, vt contigiſſe olim admodum Reuerendo fratri Franciſco Gonzaga minori obſeruanti experientia docuit; Bonus hic Reuerendus dum Mantuæ ſua in Eccleſia olim verbum Dei diſſeminaret, Apoſtemate ſubaxilari admodum grandi oppreſſus fuit, & quia febre non tenebatur (ſi Suſio fides danda ſit) ſuas perfecit conciones abſque vllo ſui corporis detrimento. Auicennas quando de his bubonibus

Fen. 4. 3. c. 18.

bus verba facit docet, dari aliquos bubones, qui potius ob influxum oriuntur, quàm quod peſtifera aliqua qualitas eos generet, etiam ſi ſequantur febres acutas, & malignas. Et paulo infra Apoſtema ab apoſtemate diſtinguens per gradus, differre teſtatur ſecundum colorem, & varia accidentia, quæ ea conſequuntur; Quapropter generaliter apud Auctores claſſicos Carbones, & Bubones erunt in triplici differentia: Quidam enim erunt prorſus benigni; Quidam maligni; Reliqui vero peſtilentiales. *Benigni* abſque ſymptomatibus; *Maligni* erunt cum accidentibus grauiſſimis, abſque tamen aeris corruptione; *Peſtilentiales* cum aeris corruptione. *Benigni* prorſus ſanabiles; *Maligni* maxima ex parte periculoſi; *Peſtiferi* vero prorſus læthales; eo magis ſi occupauerint Glandulas, Emunctoria dictas, ob viciniam cum membris principalibus. Eiuſdem opinionis cum Auicenna fuit Brutus à Longoburgo, Gulielmus è Saliceto, Petrus Argilata, Ioannes Tagautius, & Gabriel Fallopia.

Bubones, qui benigni dicantur, qui maligni, qui peſtilentiales.

Lib. 2. ſuæ chirurg.

Verum Fernelius apertiſſimè teſtatur, Bubones, & Carbones tunc potiſſimum conſequi peſtem, quando ex aeris corruptione proueniunt; quaſi diceret, numquam eos eſſe peſtiferos, quamuis grauiſſimi fuerint, niſi Aer vnà ſubſtantificè ſit corruptus: Apud eumdem Auctorem paulo infra regiſtratum legitur, Bubonis peſtiferi numquam mentionem feciſſe Antiquos, non alia de cauſa, niſi quia rarò occurrerent in calidis regionibus: At vero non videtur mihi admodum clara ſententia Fernelij, quæ docet ab antiquis non fuiſſe cognitos Bubones peſtiferos; Quando ex antiquis antiquiſſimus Hypocrates, Galenus, & Auicenna de eis mentionem fecerint; Quidquid tamen ſit de hoc ad me nihil refert; ſatis ſit mihi demonſtraſſe, Auctores claſſicos differentiam poſuiſſe inter Carbones, & Bubones peſtilentiales ab eis, qui peſtilentiales non ſunt ex corruptione aeris: Quare errat quiſquis ille fuerit, qui ex Carbone, Bubone, & ſimilibus, nomine Giandulſæ deſignans, Peſtem argumentatur. Ad hanc clarificandam doctrinam illuſtriſſimus profecto mihi videtur Bartholomæi Montagnani locus, vbi dubio vertens, *Num Febris, quæ præ manibus curandam habebat eſſet Peſtilentialis cum Peſte, nec ne*; Duos ſibi ſcopos propoſuit, qui peſtilentialem eam acclamabant; Primum, eo quia de repente inuaſerat, abſque eo quod præceſſerint ſigna, quæ comitari ſolent formas febriles; Secundus, quia Febri coniunctus erat Bubo in inguinibus; His non obſtantibus, quamuis è vita decederet Infirmus, decreuit peſtilentialem non fuiſſe. Et cum huius rationem redderet *Haud me mouere debet ſubitus motus*, ait, *& inordinatus quando corpora ſcabie infecta*, tale erat ſupradictum, *& immunda maximè*

Lib. 4. ſuæ medic.

Non bene ex bubone argumentatur Peſtis.

Conſil. 287.

maximè ſunt expoſita ſubitaneis febribus, quorum materia in principijs febrium ſubollens, & turgens non ſemel, aut bis; ſed ſæpe ad emũctoria detruditur, & tunc potiſsimum, cum multa, & copioſa eſt.

Nota quarto.

Nota quarto cum Trincauellio, dari poſſe extra aerem Aliam cauſam ad excitandam febrem validiſſimam, Cibum videlicet, & Potum praui, ac venenoſi nutrimenti. Auezoar hanc veritatem manifeſtat, quando ſcriptum reliquit, nonnullos fame aſtrictos oſſium mortuorum medullas comediſſe, & peſte fuiſſe tentatos. Hanc eamdem veritatem ſuſtentat Pierius Valerianus; Vbi manifeſtat, Deis infernalibus à Romanis Ludos Tauricos fuiſſe inſtitutos, ad mitigandam luem peſtiferam, quæ (regnante Tarquinio ſuperbo) ſpecialiter Grauidas opprimebat, & orta fuit in illis diebus ex carne Taurina, quam Populus paulo ante comederat: Cuius etiam mentionem fecit Dyoniſius. Verum in his caſibus aduertatur, citatos Auctores loqui de cauſis mediatis, atque immediatè Morbus contagioſus, & peſtilentialis ex aere quidem infecto principium habuit; mediatè vero ab humore intensè putri, & venenato, & humor à cibis praui ſucci. Quod tamen raro accidit, eo quia talis cibus proprie ad febrem peſtilentialem ſine peſte corpora diſponit. Teſtem habemus Iouium; ſcriptum namque reliquit, Milites, qui ſub Doria militabant, ferè omnes peſtilentiali febre oppreſſos, & mortuos fuiſſe in Sardinea, non alia de cauſa, niſi quia fame penè conſumpti auidius, quàm pro viribus prauos comederent cibos.

Cap. de peſte. Hiſtoria Auezoar.

3. lib. ſuorum Hieroglif.

Ludus Tauricus quando inſtitutus, & quare.

Dyſt. ſuar. l. 4.

Hiſtoria Iouij lib. 26. hiſtor.

Nota quinto.

Nota quinto, Contagium rerum infectarum ſua natura numquam poſſe Epidemiam, aut morbum communem facere, quamuis per accidens ob eorum incuriam, qui ſaluti præſunt, quandoque diſſeminari in alios poſſit: Verum nequaquam adeo communicabitur, vt nomine peſtis gaudeat; imo ſæpiſſimè Pariſijs, Viennæ, Conſtantinopoli, & in varijs Galliæ, Germaniæque populatiſſimis Ciuitatibus, Peſtilentes morbi obſeruantur, & contagioſi, ſed ratione contagij non ex eo pereunt, niſi qui infarcti prauis, & corruptis humoribus vitam crapuloſam duxerunt, & venereis ſe ſe dederint; Quapropter opprimuntur non à contagio exteriore, quod (vt infra manifeſtabimus) nullius momenti eſt, ſed ab interiori putredine. Errat igitur quiſquis ille fuerit, qui crediderit, poſſe venenoſis mixturis, & lorduris Peſtem excitari adeo vt ex priuato morbo fiat communis. Suſius doctiſſimè hanc cauſam defendit, dicens, Quoad Contagium, quod Sceleſti medijs quibuſdam venenatis mixturis communicare tentarunt, vt olim Patauij euenit. Ipſe in ea opinione ſum, poſſe eiuſmodi venenatis mixturis venenari, ac trucidari homines, ſed non ita de facili credo, quod ex infecto

Num peſtis ex venenoſis miſturis excitari poſſit.

Lib. cuius titulus ad cog. peſtil.

communi-

communicari poſſit venenum alijs; ita vt detur Tinctura, ſeu mixtura, quæ inducat morbum, & contagium eiuſdem morbi; Quare pronuncio, Sceleſtos illos potuiſſe venenoſitatem communicare ijs, qui mixturam tetigerunt, atque eorum remedia præſeruatos homines tenere potius à tactu venenoſæ tincturæ, quam ab infectorum contagio; niſi tamen id, quidquid ſit, ſupranaturali cauſæ, vel Diabolicæ tribuere velimus. *An detur mixtura, quæ inducat morbum, & contagium eiuſdem morbi.*

Nota ſexto, in omni motu, ſeu communicatione quatuor ſemper eſſe conſideranda. Primum id, quod communicatur. Secundo Corpus, quod communicat. Tertio, Corpus, cui communicatur. Quarto medium, per quod communicatur. Id quod communicatur, ſeu tranſmittitur in contagio proculdubio eſt res quædam præternaturam: Et quia Tria ſunt genera rerum præternaturam, Morbus, morbi Cauſa, & Symptoma, ſane non eſt exiſtimandum, morbum ipſum mitti, eo quia daretur morbus in corpore inanimato; Neque etiam dicendum eſt, Symptoma tranſmitti; quippe quod ſemper ſequitur morbum, vt Vmbra corpus; quare hoc conſtantiſſimum eſſe debet, id quod mittitur eſſe Cauſam morbi. Cauſa morbi duplex genere eſſe conſueuit Alia quidem incorporea, Alia vero corporea; Incorporea cauſa eſt, quando Contagium fit per communicationem meræ, & nudæ qualitatis, quemadmodum quando ſtupor à torpedine communicatur per baculum, tunc enim planè communicatur nuda qualitas, huiuſmodi communicationem per nudam qualitatem in corporibus, nequaquam in morbis fieri exiſtimo. Cauſa corporea proculdubio debet eſſe talis, vt poſſit moueri de loco ad locum; Iam vero corpora ſolida nequaquam poſſunt communicari, quia non poſſunt moueri de loco ad locum, ſed dumtaxat Humor, & Vapor; Quod ſi Vapores, vel Humores fuerint illi, quod facere habeant contagium (Alexandro teſte) duas conditiones ſortiri debent; Vna conditio eſt, vt ſint in ſuperficie; Altera, vt ſint tenues, atque tenaces: Nam Apoplexia, atque Epilepſia nequaquam ſunt morbi contagioſi, & Ratio eſt, quia Humores praui ſint in profundo nimis, quam vt poſſint qualitatem noxiam communicare, Hydrops ſimiliter non eſt morbus contagioſus, quia & ſi Vapores, & Humores ſint in ſuperficie; veruntamen ſunt nimis tenues, & aquoſi, quam vt poſſint præ lentore, & viſciditate adhærere. Cæterum quoniam Vapor non eſt corpus ſimplex, ſed mixtum: ſicuti & corpora mixta habent ad minus tres qualitatum gradus, ita exiſtimandum eſt, huiuſmodi vaporem tribus qualitatum gradibus eſſe donatum, quæ qualitates ex effectibus ipſius vt plurimum manifeſtantur, nam ex effectibus cognoſcitur, hunc vaporem putrefacere, & vrere, cognoſcitur penetrare, & adhæ-

Nota ſexto.

Quæ ſit cauſa morbi incorporea, quæ corporea.

Quas cõditiones debent habere vapor, & humor ad hoc vt faciant Cõtagium. *2. Probl. 42.*

adhærere ; perſpectiſſimum etiam eſt enecare ; quam ob rem neceſſario cogimur aſſerere, huiuſmodi Vaporem eſſe feruidum, eſſe ſubtilem cum penetret, eſſe tenacem cum adhæreat; eſſe venenatum, & tota ſui ſubſtantia naturæ noſtræ inimicum ; quandoquidem non ſolum iugulat ; ſed cito iugulat.

Nota ſeptima. Conditiones, quibus pellere debet corpus, quod à morboſo corpore venenum recipit, & alteri communicat.

Nota ſeptimo, quod corpus, quod à morboſo corpore venenum recipit, & deinde alteri communicat, plures conditiones habeat, neceſſe eſt. Primum enim, vt recipiat (ſi credendum ſit Auicennę) rarum, & laxum eſſe debet, vt autem conſeruet, debet eſſe debita quantitate, & nulla inſigni qualitate actiua præditum ; hoc eſt neque admodum frigidum, neque vehementer calidum ; debet etiam eſſe in debita quantitate, quandoquidem (vt egregiè nos docet Galenus) Deleteria omnia quamquam ſint valentiſſima, etiam intra corpus aſſumpta non poſſunt quidquam mali facere ; Quapropter haud audiendi ſunt mordicus referentes, ex contrectatione particulæ fili aliquos Peſtem contraxiſſe. Non debet hoc corpus eſſe admodum frigidum, neque calidum, eo quia vtraque hæc qualitas extinguit vapores ipſos peſtiferos ; hinc eſt, quod igne conſumitur quandoque Contagium ; Gelu etiam omnem contagionem extinguit : Ea propter neque ferrum, neque marmor, neque vllum ex metallis poteſt eſſe Fomes tum propter denſitatem, tum etiam propter frigiditatem ; qua doctrina edoctus Amicus quidam, cuius nomen iuſtis de cauſis ſubticeo, monetas à ſuſpecto ſibi elargitas, recipere non recuſauit ; Non nego tamen poſſe quandoque monetas ſordes contrahere, & conſequenter ſemina peſtis recipere, præſertim cum plana ſuperficie non ſint, & frequenti manuum contrectatione ab infectis per infectos ad corpus licet ſanum, diſpoſitum tamen, & lui peſtiferæ expoſitum, pertigerit ; ſed hoc de raro accidit.

3. Simpl. Medic. cap. 22.

Igne Peſtis cõſumitur, Gelu omnem contagionem extinguit.

Num Metallus poſſit eſſe fomes peſtis.

Diximus cum Auicenna, corpora rara, & laxa magis tentari peſte, quam denſa. Sed hæc doctrina eſt prorſus contraria doctrinæ Galeni. Vt huius controuerſiæ certitudinem habeamus ; Duo ponderanda proponuntur ; Vnum quod Peſtis, vel Cauſa peſtifera, aut eſt Interna, aut eſt Externa ; Alterum, quod Aliud eſt eſſe corpus denſum, & aſtrictum à natura ; Aliud eſt eſſe Corpus tale ab accidentibus ; His conſtitutis, dico quod *Corpora denſa ex natura magis expoſita ſunt peſti, quæ fit ab intrinſeco, quã corpora rara ſecundum naturam.* Ratio huius eſt, quoniam corpora denſa à natura ſunt minus perſpirabilia, vnde in ipſis effluuia quotidiana retineri ſolent, retenta vero putreſcunt, atque Febribus occaſionem præbent : Corpora vero, quæ denſa ſunt per accidens, expoſita ſunt nõ tantum peſti, quæ ab externa cauſa fit ; verum etiam illi, quæ ab in-

terna ;

verna; Ratio eſt, quia talia corpora ſunt magis repleta, ac magis vitioſa, quam rarefacta, & laxa.

Nota octauo, quod Corpus, quod Contagium recipit illud item eſt, quod ſimilitudinem aliquam gerit, & cum ipſo vapore, & cum corpore, à quo manauit; nam *omnis receptio* (vt habetur ex philoſophiæ principijs) *fit per ſimilitudinem*; ſed præter hæc corpus recipiens contagium debet eſſe alterabile, & inefficax ad reſiſtendum ipſi contagio; Similitudo propter quam fit huiuſmodi receptio, aut eſt ſecundum arcanam qualitatem, aut ſecũdum manifeſtam; Arcana qualitas, quæ facit hanc ſimilitudinem, & aptitudinem recipiendi contagium, nihil aliud eſt, niſi quædam cordis intemperies, propter quam id facile alteratur, & facile recedit, quemadmodum qualitas huic aduerſa etiam contrarium effectum in corde facit; Videre enim eſt ſæpe, quoſdam alioquin optimè conſtitutos, & temperantes tamen contagio facillimè contaminari, nec ob aliud ſanè, niſi quia hanc arcanam qualitatem cordis ſortiti ſunt; Similitudo autem per qualitatem manifeſtam poſita eſt, & in temperatura manifeſta corporis, & in habitu, & in alijs rebus, quæ ſpectant ad ſtatum totius corporis; Ea propter corpora debilia, calida, imbecillia, humida, laxa, & repleta, prauis humoribus facile recipiunt contagium; & quæ multo coitu, & frequenti balneo vtuntur, aut quæ nimium ſe replerunt, vel parum concoxerunt; Ex quo Auicennas. *Corpora debilia ſunt patientia ab aere peſtilentiali, ſicut illa, quæ multiplicant coitum, & corpora dilatatorum pororum, & humida multæ balneationis*: Tanta eſt enim vis, & efficacia diſpoſitionis patientis, vt de peſte verba faciens Galenus. *Supponatur* (inquit) *in ambiente quidem aere nonnulla peſtilentiæ ſemina contineri, tunc rationi conſonum eſt, impura corpora ſtatim à prima inſpiratione principium putredinis aſſumere; quæcunque autem pura, vel nihil, vel minimum mali ſentiunt, & de facili ad naturalem habitum regrediuntur*. Verum accidit interdum (teſte Zoar) aliquam eſſe infectionem, ſiue influentiam, quæ vnam complexionem reſpicit, & ei magis, quam alteri nocet; Et ſic videmus multoties, ſanguineos à peſte facilius inuadi, interdum cholericos; Alios vero phlegmaticos, & melancholicos non ægrotare; & ob id admiramur ſæpius corpora robuſta, & fortiora deficere; Debiliora vero intacta remanere.

Et nũc profecto præclariſſimã Hippocratis doctrinam ad rẽ noſtrã ſatis accõmodatam intelligo, quando dicebat, *Non eadem omni animantium generi eſſe accommodata, & incommoda; ſed differre corpus à corpore, naturam à natura, nutrimentum à nutrimento, & propterea non eſt mirum, ſi Peſtes non ſint omnibus eodem modo contagioſæ, quia ſcilicet, Conuenientia illa, & Diſconuenientia Inquinamentorum,*

Nota octauo.

Cur optimè cõſtituti, & temperantes Contagio tamẽ facillimè contaminentur.

Cap. de Peſte.

Loc. cit.

Cur multoties ſanguinei, quãdoque cholerici, & melancholici nõ ſemper vero phlegmatici peſte tẽtentur.

Lib. de Flatib.

non eſt eadem omnibus regionibus, aut omnibus hominibus; ſed quod eſt Amicum vni poteſt alteri eſſe inimicum, & econuerſo. Propter quam rationem fit, vt ego exiſtimem vera, quæ ſcribunt Euagrius, & Nicephorus Caliſtus, in ea ſcilicet, grauiſſima peſtilentia, Aliquos interdum fuiſſe infectos ex ſolo aſpectu intra domos, Aliquos vero, qui optabant interire, non potuiſſe peſte tentari, etiam ſi conuerſarentur, degerent, contrectarent, atque concuberent cum peſte infectis; Pari pacto poſſumus etiam intelligere; *Cur in peſte illa, quam narrat Dyoniſius Carnaſſeus, ſolum Virgines, & Prægnãtes fuiſſent peſte correptæ;* Et etiam *Cur in ea peſte, quæ graſſata eſt ætatem Gentilis Medici, non Mulieres* (vti ipſe refert) *fuerint infectæ, ſed ſolum Viri robuſti;* Id nimirum accidit, propter hanc diſconuenientiam, & conuenientiam inquinamentorum, ſeu proprietatis occultæ ipſius ſani.

Libr. 4. biHor. Rom.

Cur Virgines, & Prægnantes ſolũmodo quãdoque fuerint peſte tentatæ.

Quare Corollarium elici poterit, in peſte non ex æquo omnes lædi; nec mirum eſſe, ſi interdum contagio integræ Familiæ extingui videantur; quia ſcilicet habent inter ſe ſimilitudinem tam arcanæ, quam manifeſtæ qualitatis. Adde his, quod perpetuo cum ægrotantibus contagio affectis, dum neceſſaria ſumminiſtrant, ſtricta amicitia conuerſantur; & per phiſicum contactum (nullo intercedente aere medio) ex corpore morbido venenum in ſe ſe recipiunt.

Nota nono.

Notandum nono. Cum dicimus, ſubſtantialiter Aerem putrefieri, nequaquam id ita intelligendum eſſe, vt fiat venenatus; ſed intelligimus, ipſum merito huius corruptionis fieri aptum ad generandum venenum in corporibus omnibus diſpoſitis. Non poſſe fieri Aerem venenatum illa videtur eſſe Cauſa, quod (vt idem Ariſtoteles dicebat) Aer plenus eſt, multo igne; Ignis autem (vt noſtis) longe à ſe venenum repellit, cui cauſæ acceſſit Conſilium ſagaciſſimæ naturæ, quæ cum ſtudeat (teſte Hippocrate) animalium naturam conſeruare, ſemper id prouidere ſolet, vt Venena in pauca copia gignantur; At ſi Aer fieret venenatus, copioſiſſimus eſſet veneni prouentus; & cum ab omnibus animalibus continuo Aer inſpiretur, ſi vel tantillum Aer eſset venenatus, ita vt eſset venenum, perderet ſtatim omnia animalia, quia copioſus, & continuo in corpus trahitur. Aduerte præterea, quod hic loquimur de communi ambiente, non de cadauerum ſepultura, frumenti fouea, & ſimilibus, quæ cauſa, nec vulgaris, nec communis eſt. Communes igitur morbi ex communi cauſa oriuntur, vt ex communi ambiente; & ſi Aliqui ex communi prauo victu contrahuntur; vtpote qui ſemiputris leguminibus, aut frugibus, vel ex aquæ infectæ potu prouenerunt; ceu in caſtris contigiſse, proditum eſt, non ſunt vulgares, &

25. Sect. Probl. 20.

Qui fiat, vt Aer venenari non poſſit.

commu

communiſſimi; & ideo non communi damno afficiunt: Exemplũ habemus ex veſtibus, quæ non neceſſario nos alterant; Hæ contagio quidem afficiunt, quem attingunt, ſi fuerint infectæ, non tamē communi damno inficiunt. Vnum ergo genus commune ponit Hippocrates, quod ab Ambiente, vt potè à communi cauſa procedit, quæ Peſtis eſt, & Febris peſtilens, quæ in peſte fit. *In lib. de flat.*

Sed curioſus ad noſtram doctrinam hic dicet. *Vtrum Aer etiam præter victus rationem poſſit eſſe cauſa febris peſtilentialis ſine peſte.* Reſpondemus curioſitati propoſitæ, & dicimus, Aliud eſſe concurrere tamquam cauſam principalem ad aliquid agendum; Aliud vero concurrere, vt cauſam cooperantem, & præparantem materiam. In vera peſtilentiali cum peſte concurrit Aer morbidus, & peſtifer tamquam cauſa primaria; in febribus autem peſtilentialibus abſque peſte minimè vt cauſa effectrix, ſed potius tamquam cauſa cooperans, præparans, & diſponens ſpiritus, humores, & partes ſolidas ad ſuſcipiendam putredinem. *Num Aer poſſit eſſe cauſa febris peſtilentialis ſine peſte.*

Nota decimò, Pleriſq. non vulgaris notæ Medicis fuiſſe receptum poſſe dari peſtilentialem Conſtitutionem abſque febre. Nã Septica medicamenta (dicunt iſti) Membrum putrefaciunt, diſſipata eius ſubſtantia citra vllam febrem, quod pari lege peſtilentē conſtitutionem poſſe efficere, doctiſſimorum conſenſu conſtare arbitrantur, vt colligitur ex Balneo. Item multoties à veneno prius iugulantur homines, quàm tempus, & locus concedatur putrefactioni, & accenſioni, atque tunc mortes contingunt ſubitaneæ ſine vllo ſigno, ſine vllo ſymptomate febris; Quemadmodum Aliquæ conſpectæ ſunt in hac conſtitutione, & quemadmodum veriſimile eſt contigiſſe Romæ in ea peſte ſub Romulo, à Dioniſio Alicarnaſſeo memorata, in qua (vt ſcribit Plutarcus in Romulo, & Zonaras) homines ſtatim abſque febre peribant. Hoc idem narrat Iacobus de Partibus cap. de peſtilentia, in peſtifera conſtitutione, quæ fuit ætate ſua, interdum ægros ad ipſum cum vrinis acceſſiſſe, quos obſeruabat, & inueniebat ſine febre, qui tamen aut ſtatim interibant, antequam diſcederent ab ipſo, aut paulo poſt. Præterea Hippocrates poſtquam narraſſet multa morborum genera, quæ illo tempore vagabantur, inquit, *quod eorum, qui cum febre laborabant nemo erat inobediens Medico, ſed omnes præceptis Medicorum parebant.* Et tex. 55. Multa narrans ſæua ſymptomata, quæ in ea peſtifera conſtitutione fiebant, dixit, *& ſine febre, & cum febre contigiſſe id*: Ita quod videtur Hippocrates teſtari, etiam inter illos morbos peſtiferos aliquos fuiſſe, qui ſine febre erant. Rurſus Galenus de Peſte verba faciens, & de corporibus peſte tentatis ſcriptum reliquit, quod tradebatur Bolus armenus cum vino ijs, qui prorſus

Nota decimo. *Num poſſit dari peſtilens cõſtitutio abſque febre.* *3. aphor. 25. & 57.* *lib. 2.* *2. annalium.* *Sup. 1. quarti Auic.* *3. epid. t. 58.* *9. ſimplic. c. de bol. arm.*

proſſus ſine febre erant; Qui vero grauius febricitarent cum vino admodum aquoſo; Vnde deducitur in ea peſte à Galeno deſcripta non ſemper adfuiſſe febrem.

Cit. lib. de flatib. Sed contrarium ex Hippocratis verbis concluditur, cum docet; febrium omnium Alias eſſe communes, Alias particulares; Communes febres ſunt, inquit ille, quæ ſub peſtis nomine compræhenduntur, adeo vt quod nemini dubitare liceat, quin Hippocrates eo in loco ſcripſerit, Peſti ſemper coniunctam eſſe Febrem; Cuius etiam ſententiæ videtur eſſe Raſes, Ætius, Alexander, Paulus, & Auicennas.

Sed ommiſſis Auctoritatibus. Rationibus inſtemus. Peſtis acutiſſimus eſt morbus, quia velociſſimè mouetur, & pleroſq. interimit; ſi Acutiſſimus neceſſario eſt cum febre. Probatur hæc neceſſitas auctoritate Galeni primo aphoriſ. quo in loco teſtatur; *Com. 7.* *morbis acutis ſemper febres acutas eſſe coniunctas*. Denique eſt ſen- *1. de diff. febr. c. 4.* tentia eiuſdem Galeni, *peſtis originem eſſe ex putrefactione circa cor*; ſi eſt ex putrefactione circa cor, neceſſario adeſt Febris, quia vbi eſt putrefactio, ibi calor præternaturam prædominatur, atque ſi is ſit circa cor, neceſſario Febris adeſt. Verum vt hanc difficultatem de medio tollamus eſt aduertendum, quod Febris dupliciter intelligi poteſt, Vel pro morbo incipiente, vel pro morbo conſumato. Si pro morbo incipiente accipiamus, Dico, verum eſſe, quod Peſti incipienti copuletur febris, ſecus autem cum Hippocrate di- *3. epidem. tex. 27.* cendum erit de morbo conſumato, qui ait, morbos peſtiferos quandoque ſequi Febrem, quandoque antecedere, quandoque incipere cum Febribus.

Nota Vndecimo. Nota Vndecimo, quod cum ſit Febris peſtilentialis ſine peſte Intemperies calida, & ſicca cum delirio, capitis dolore intenſiſſimo, cordiſq. oppreſſione, atque multa ignea ſecum præferat ſymptomata; Iſta medicamenta frigida admittunt, renuunt calida, Vt ſunt Theriaca, Oleum contra peſtem, quod hic Ferrariæ præparatur, Oleum deſcriptum à Matthiolo, Oleum contra venenum Magni Ducis, & ſimilia, quibus potius Peſtis curatur; Et qui omnino hoc documentum ſpernentes, peſtilentiali febre detentos calorificis ſupradictis curarunt, in varia, & periculoſa diſcrimina ægros induxerunt, & forſitan mortem, quam eis euitare tentabant, accelerarunt. Quod diximus de calorificis in ordine ad febrem peſtilentialem, dictum eſſe volumus de ſymptomatibus, quæ conſequuntur prædictam febrem, videlicet Bubones, Anthraces, Carbones, & ſimiles, quæ non cauſticis igneis, ſed digeſtiuo roſaceo, lacte, croco, & leuito facta compoſitione, cum oleo liliorum, & ſimilibus, Vel ſtercore bouino diſſoluto cum ſupradictis oleis, ſi Rationi,

Febris peſtilentialis medicamenta calida pro ſui curatione non admittit.

tioni,

tioni, Auctoribus claſſicis, & experientiæ fides danda ſit.

Et ne quis Nos de inſufficientia arguat; quod mente exciderat circa Seminarium, proponatur cum Fracaſtorio, hoc eſſe idem cū vapore quoad ſubſtantiam, differre tamen, quod ſeminarium ſecum habet coniunctam qualitatem quamdam veneficam ſummæ efficaciæ, & putredinis. Et dicitur Seminarium, quiâ ab hoc tamquàm à ſemine pululat, & dilatatur ſupradicta qualitas, quæ Analogiam quamdam habet cum ſpiritu, Humore, & parte ſolida cordis. His ſic poſitis *Quid ſit Seminarium, & vnde dicatur.*

Sit Prima Concluſio. *Morbi, qui euagantur nomine peſtis impropriè gaudent.* *Morbi, qui euagantur nomine peſtis impropriè gaudent.*

Probatur à Galeno Concluſio, qui de peſte verba faciens *Peſtis*, ait, *eſt Morbus vulgaris, ex contagione aeris venenati excitatus, putrefactione peſtilentiali in humoribus concitata, quæ omnino noſtræ naturæ exiſtit aduerſa; eo maximè quia calor ille multigenus, vt morbi rationem conſtituat, factus neceſſario teneatur in ſolida cordis ſubſtantia;* *3. epidem.* Sed ſic eſt quod Aer peſtilentiali putrefactione non eſt in ſupradictis morbis venenatus, ergo. Quod vero Aer ad ſupradictos gignendos morbos nihil contulerit; Probatur: Aer ſemper fuit viſus ſerenus, non nebuloſus, & turbidus; In aere non eſt viſa ea Intemperies humida, & calida, auſtrinaq., quam ſcribunt Medici peſtem ex aere facere; non ſunt viſa Animalia aerea interempta, quemadmodum ſolitum eſt conſpici; vbi Aer ipſe cauſa eſt peſtis, Non apparuerunt inuſitatæ Cometæ; Animalia, quæ ex putredine generari ſolent hoc anno plus iuſto non creuerunt; Vt malorem fugerent, & à morte ſe præſeruarent, proprias haud dimiſere cauernas, vt conſueuerunt facere; Terra dulciſſimos de more produxit fructus, non contremuit, quare nec tetrum exhalauit vaporem; Cycades more ſolito cicigarunt; loca habitata Lupi non frequentarunt, quod inter ſigna pathognomonica peſtilentiæ Philoſtratus recenſet; & tamdem nullum eorum apparuit ſignum, quæ putredinem præſentem, aut futuram oſtenderent. Præterea ſi Aer fuiſſet origo aliquo modo horum morborum, cum Aer ſit continuus, deberet etiam eius inquinatio continua eſſe, & idcirco cum Mediolanum, Bergomum, Brixia, Verona, Mantua, Mutinum, Bononia, Parma, Placentia, Venetiæ, Patauium, & multæ aliæ Ciuitates, ſuburbia, & Oppida fuerint infecta, debuiſſent etiam infici neceſſario Rauenna, & Ferraria, multaq. alia loca proxima his, circumuallata ab infectis, quæ tamen vſque ad hodiernum diem ſcimus ad altiſſimi gloriam, & Eminentiſſimi Cardinalis Sacchetti indicibili vigilantia, non eſſe læſa; Quibus non obſtantibus inficerentur, ſi morbus ex aere accidiſſet. Tamdem Idemmet Gale- *Cardinal. Sacchetti indicibilis vigilantia.*

nus

nus euidentiſſima demonſtratione demonſtrat, Aerem non eſſe infectum, & conſequenter peſtilentiales ſupradictos non fuiſſe morbos, cum doceat; *Morbos omnes, & ſi leues in peſtem conuerti tempore peſtis*. Hoc idem teſtatur Hippocrates: At vero experientia magiſtra docet, his temporibus calamitoſis immunes à ſimplici, & duplici tertiana non peſtilenti infinitos euaſiſse, ergo. Vltimo vt fiat Peſtilentia ex aere planè neceſſum eſt, omnia anni tempora eſſe intemperata, calida, ſcilicet, & humida; quod ſi vnum anni tempus ſit intemperatum, vt Æſtas, potius hæc intemperies diſponet corpora ad morbos peſtiferos ſine peſte, quam ad peſtem. Doctrina hæc eſt Hippocratis, cum de cranone.

Morbi qui euagantur inter febres peſtilentiales ſine peſte connumerari debent.

Secunda Concluſio. *Morbi, qui euagantur inter febres peſtilentiales ſine peſte connumerari debent.*

Probatur Concluſio, Nam ſi omnia ſigna prædictorum morborum recenſeantur, & Febri peſtilentiali conferantur, videbimus ea febri peſtilentiali adaptari. Secundo, in multis conueniunt prædicti morbi cum peſte, & febre peſtilentiali ſine peſte; Per aerem non ſunt peſtilentiales cum peſte (vt ſupra probatum eſt) ergo peſtilentiales ſine peſte, De quibus loquens Galenus; poſtquam de peſte tractauerit in hæc incidit. *Licet alia etiam exiſtat, quam ex ſimilitudine peſtilentem nuncupant, quod eiuſdem ſit ideo, & conditionis, ſimiliaque edat Symptomata, ac læthalis exiſtat, etiam ſi contagionem non inferat, niſi in ſimillimam naturam, ortam quidem ab internis principijs, nulla ex vitiato aere ſumpta ſufficienti occaſione.* Tertio ex calidis medicamentis recrudeſcunt morbi ſupradicti, frigidis mitigantur; ergo nomine peſtis haud inſigniri debent, ſed nomine febrium peſtilentialium ſine peſte; cum febris peſtilentialis ſine peſte ſit Intemperies calida, & ſicca, & frigidis tollitur, & mitigatur; Econtra peſtis calorifica deſiderat. Quarto, Hi morbi vigente æſtate vires ſumpſerunt, quo tempore æſtuare ſolent febres peſtilentiales, & peſtes extingui; ergo potius inter febres peſtilentiales ſine peſte, quam inter peſtilentiales cum peſte connumerari debent.

8. De præſag. ex pulſ. 4.

Morbi qui euagantur ex contagio originem non habuerũt.

Tertia Concluſio. *Morbi, qui euagantur ex contagio originem non habuerunt.*

Probatur primo Concluſio ex relatione multorum, quibus fides adhiberi poteſt, qui conſcij ſe nihil infectum contrectaſſe, attamen correpti hac labe ſunt. Secundo, affirmare ex contagio morbum proueniſſe, qui euidentiſſimam, & certam cauſam habuerit; Eſt relinquere ſenſum, & ſequi rationem; Tales fuerunt morbi euagantes; haud ergo contagio; ſed alijs cauſis, quas infra explicabimus, attribuenda eorum origo. Innumeros præterea ſi percunctari placebit audietis, quibus Inguina, atque Alæ ſubtus intumuerunt, nec

non

non varia tubercula ſponte eruperunt ſine vllo inſigni detrimento? Quæ quidem mala cum non omnibus fuerint peſtifera, certe neceſſarium eſt fateri, Hos non à peſte cum contagio tentatos fuiſſe, ſed à febre peſtilentiali, ſub qua corpora diuerſimode diſpoſita Aliqua mitius, Aliqua pernicioſius ægrotarint. Rurſus, quod Contagio haud tribuendus ſit malor; Probatur ex natura eiuſdem contagij, quod (teſte Oribaſio) talem ordinem ſeruat, dum ſe ſe alijs communicat; vt in eo Terminus à quo, & Terminus ad quem obſeruentur. Exemplo domus incendio conſumptæ, dum ſuum incendium alijs circumuicinis communicat ſuam Oribaſius exemplicat doctrinam: Sed ſic eſt, quod Morbus indiſtinctè, nullo ordine ſeruato, eodem tempore cœpit occupare varia, & diſtinctiſſima loca; varios, & diſtinctiſſimos homines, qui ſecum ipſis nihil vnquam commune habuerint, ergo. Cæterum cum Intellectus capere non poſſit, id eueniſſe ex phiſico contactu, vel ex contrectatione rerum infectarum; fas eſt credere, & pro comperto habere, Aliam fuiſſe cauſam, quæ ſupradictis morbis principium dederit.

Veri item Philoſophi, & Medici officium eſt diſtinguere, *Num Cauſa naturaliter ſuum effectum produxerit, an Accidentaliter*; Exēplo Galenus rem clariorem facit. Aloes dicit Galenus ſua natura virtutem ſtipticam, & aſtringentem habet, & quia huiuſmodi eſt compoſita, ſemper talem effectum producet: Verum cum aliquando obſeruatum ſit, aperuiſſe venas hęmorrhoidales ijs, qui eo vſi ſunt, factum eſt inde, vt Medici cognoſcerent aperturam ipſam, quæ eſt contraria aſtrictioni, non ex natura aloes prouenire, ſed accidētaliter ob agitationem materierum acrium, & mordacium, quæ titillando, & pungendo venarum ora aperuerunt. Ita, & nos affirmare poterimus, Aliam cauſam ſortitam fuiſſe morbos de præſenti euagantes, quam Contagium ex contrectatione rerum infectarum, quod ſi aperturæ illius ballæ (vt clarius loquar) tribuendum ſit omne malum, dicamus, quod motus, & labor in ipſis, qui aperuerunt ſupradictas ballas, cum inuenerint materiam ſatis diſpoſitam, tamquam Cauſa efficiens concurrerunt ad effectum producendum. Poſtremo vbi ſit. Venenum ſemper maius eſt in eo corpore, vbi primum ſit, quàm in eo, cui à primo communicatur; veluti ferunt de veneno canis rabidi, quod quidem in cane primum maximum eſt, in Homine, qui commorſus eſt à cane, minus; Quod ſi Homo rabidus commordeat alterum, in illo tertio venenum adhuc multo minus eſt. Hac poſita veritate imaginari non poſſumus, quo modo, quibus medijs malor vniuerſas Ciuitates depopularetur, ſi ex contagio, & contrectatione rerum infectarum originem habuiſſet. Vltimo confirmatur ſupradicta Concluſio exemplo monialium, quæ

Lib. Simpl. medic. facult.

Venenum ſemper maius eſt in eo corpore vbi primū ſit, quam in eo, cui à primo communicatur.

quæ credentes prædictos morbos contagio poſſe affici, ſibi neceſſaria prouiderunt, vt commercij, & vna ſimul contagij occaſionem tollerent. Attamen labor fruſtra ſuſceptus fuit, lues peſtifera corripuit eas, Mors eas apprehendit, & per oſtium minimè ingreſſa eſt.

Quod vero vulgo fertur, Mediolani, & in alijs Italiæ Ciuitatibus repertos fuiſſe ſceleſtos quoſdam, quos iure Iuſtus Iudex trucidare curauit, qui lorduris, & venenoſis mixturis, Homines infectos redderent, & vitali luce priuarent; Ipſe quidem ſi libere fatendum eſt, quod ſentio, non nego, poſſe huiuſmodi venenoſis mixturis venenari homines, & occidi non ſecus ac Veneno, quod ſtapedibus adhibetur multos occiſos fuiſſe, experientia demonſtrauit; Verum enimuero meus capere vix intellectus poteſt, vt ex vno infecto, lues alteri communicetur, cum quo infectus commercium habuerit: Atque palam eſt omnibus, venenum etſi validiſſimum poſſe quidem occidere Petrum, ſed non Franciſcum, qui Petrum prædictum phiſico contactu contrectauerit; Quapropter ſemper dubitaui, & adhuc in eadem opinione ſum, non poſſe inueniri Tincturam, aut puluerem venenoſum, quæ vnà ſimul morbum, & contagium eiuſdem morbi pariant, Et Ratio eſt, quia Peſtis, ſeu Febris peſtilentialis Spiritus, Humores, & Partes ſolidas cordis putredine intenſa, & peſtilenti corrupta ſupponunt, quæ deinde putredo communicari poterit alijs, & contagium inferre; At vero Tinctura, & puluis cum cordis ſpiritus ſolummodo diſſoluant, natiuam eiuſdem cordis caliditatem deſtruendo, interficere quidem poterunt, ſed non ita inficere, vt infectio de ſubiecto in ſubiectum migretur.

Non datur Tinctura, ſeu mixtura venenoſa, quæ vna ſimul morbũ, & contagium eiuſdem morbi pariat.

Receptui igitur Canentes concludimus, ſceleſtos illos humatos Demones potuiſſe profecto communicare, & de facto communicaſſe venenata, & diabolica eorum mixtura in diuerſis locis adhibita venenoſitatem illis, qui loca prædicta infecta tetigerunt; atque eorum remedia præſeruatiua potius Homines præſeruaſſe à veneno, quam à contagio veneni.

Quo iacto fundamento affirmare tenemur, ex aliquibus infectis peſtiferam luem, ita per Italiam dilatari non potuiſſe, vt pene omnes Ciuitates deuaſtaret, Quare ad alias cauſas recurrendum, & eo magis quia ſi verum eſt, quod retulerunt, inter alia venena ad componendum mixturam requiritur ſanguis corruptus ex bubone peſtilentiali, paulo ante extractus; quare Febres peſtilentiales euagantes, & natura, & tempore præcedere debent mixturam, quæ ſi lubet, appellari poterit potius concauſa morbi.

Quarta Concluſio. *Ex prauo victu, & aeris alterata conſtitutio-*

ne

ne ſupradicti Morbi vagantes principium habuerunt.

Probatur Prima pars Concluſionis ex Hippocrate, qui pro rato habet, Peſtem ex aere; Febrem vero peſtilentialem ex prauo victu prouenire. Secundo in dictas Febres potiſſimum inciderunt fortunæ bonis ſpoliati, Pauperes, & qui prauo victu ob annonæ caritatem vti conſueuere. *Morbi euagantes ex praua victus ratione, & aeris alterata côſtitutione originem habuerunt.*

Quoad ſecundã vero Concluſionis partem, quæ ſubſtinet, Cœli alteratam conſtitutionem ſupradictis morbis cauſam præſtitiſſe. Probatur item ex Celſo, cum ait. *Ex tempeſtatibus optimæ æquales, ſiue calidæ, ſiue frigidæ, peſſimæ quæ variant, quo fit vt æſtas plus iuſto humida, Hiems vero auſtrina peſtilentiali morbo plurimos opprimeret.* Eamdem ferè pronunciare ſententiam videtur Hippocrates. *3. Epidem.* Cæterum quod Hiems præterita auſtrina fuerit, quod per tres æſtates continuas humida conſtitutio præualuerit, Lyppis, & Tonſoribus notiſſimum eſt, ergo.

Firmis remanentibus Concluſionibus Aduerſariorum Argumentis reſponderi poterit. *Argumẽtis ſupra propoſitis Reſpondetur.*

Et Ad Primum, Pro conſtituenda peſte ſatis non eſſe, vt morbus ſit læthalis, vt millia hominum perdat, & Contagium cõmunicet, ſed neceſſe eſt etiam, vt cauſam habeat vniuerſalem, & morbus non quoquo modo, ſed ſui natura ſit læthalis. *Ad Primum.*

Ad ſecundum Reſpondemus, Symptomata, quæ in peſte obſeruantur, Ipſiſſima obſeruari in Febre peſtilentiali; ſed morbum à morbo diſtinguit Cauſa efficiens, quæ ſi fuerit vniuerſalis morbum Epidemicum, & Vniuerſalem pariet (Peſtem videlicet) ſi particularis particularem; hoc eſt Febrem peſtilentialem. *Ad Secũdum.*

Ad tertium, Non negamus ob rationes propoſitas, Aerem aliqualiter alteratum fuiſſe, & ideo potuiſſe diſponere corpora ad febrem peſtilentialem ſuſcipiendam, non autem peſtem; Pro cuius conſtitutione requiritur, vt ſit ſubſtantia corruptus; hinc Hippocrates, ad hoc vt peſtis conſtituatur, debent omnia anni tempora à recta temperie deuiari, non vnum anni tempus, aut alterum; Æſtas humida, & Hiems auſtrina. *Ad Tertium.*

Quod popularibus ob annonæ caritatem euenit, Id ipſum ſortita fuere quadrupedia animalia Alicubi, hic etiam Ferrariæ, & præſertim in loco, quem Diamantinam Incolæ appellant. Secundus iã agitur annus, cum Eridanus turgidus ex affluentibus aquis, quas eidem montes circumuicini tranſmiſerunt ſuos limites tranſgreſſus eſt, & alienos occupauit; Vbi cum per aliquod temporis ſpatium commoratus fuerit, tanquam in vaſe alieno ſtagnans, computruit, ex cuius, & terræ ſubiacentis putredine ortæ ſunt herbæ putres, quæ ſicuti alias ſupradictis animalibus robur erant, nunc mor- *Cauſa mortalitatis quadrupedium animalium, quæ fuit hic in agro Ferrarienſi.*

F 2 bum

bum apportarunt, qui morbus cum contagioſus eſſet, contagio, & animalia affecit; vnde frequentes mortes, & timor maximus exortus, ne eorum carnibus afficeremur, & nos; Quod de facili contingeret, niſi prouida eminentiſſimi Principis manus, nos à periculo ſubleuaret. Hiſce oculis Ipſe huiuſmodi herbas, colore ſquallidas, morbidas, flaccidas, plus iuſto molles, & prorſus inutiles, quibus prędicta Animalia veſcebãtur, obſeruaui. Obſeruaui Item, humantia Animalia per longum terræ ſpatium percurrere, antequam de eis quidquam commederent; à ſagaciſſima natura inſtructa, eas fuiſſe venenatas; Quare non inde Argumentari debemus Peſtem; ſicuti eam argumentari non licet ex cadauerum ſepultura, ex frumenti fouea, & ſimilibus, Quæ cauſæ cum nec vulgares, nec communes ſint, communes morbos parere haud poſſent.

Prouida eminentiſſimi Principis manus vniuerſam legationem ab imminenti periculo ſubleuauit.

Ad Quartum.

Ad quartum Reſpondetur, deuaſtatas fere fuiſſe Ciuitatem Mediolanenſem, Parmenſem, & alias multas non à Peſte, ſed à Febre peſtilentiali, quæ & ipſa morbus eſt voraciſſimus, & millia hominum fodit; cui adde mixturã venenatã, quam ſceleſti ſupra nominati diſſeminauerant. Præterea à Viro fide digno habuimus, Parmæ, Mediolani, Veronæ, Mantuæ, & in alijs etiam Ciuitatibus, multos mortem cum vita commutaſſe, quibus neceſſaria defecerant; Aſſidentes videlicet, Miniſtri, Serui, Medicamina, Medicus; quid plura? panis. Tandem medicaminibus calidis, & ſiccis (ſupponentes Medici) morbos vagantes peſtilentiales eſſe cum peſte, eos curaſſe, vt oleo magni Ducis contra venenum, oleo Matthioli, oleo quod Ferrariæ proſtat contra peſtem, & ſimilibus; Quid inde, Hoc fuit in cauſa, vt magis recrudeſcerent: Calorificis namque calida, & ſicca intemperies intenditur, frigidis tollitur. Quare frequentes mortes non tantum febribus peſtilentialibus, quam ſupradictis externis cauſis tribuendæ erunt.

Frequẽtes mortes non tãtum febri peſtilentiali, quam infinitis ſupranotatis cauſis, tribuendæ erunt.

Ad Quintum.

Ad quintum Reſpondemus, vt ad Primum; communia, ſcilicet, Febris peſtilentialis, & peſtis eſſe Symptomata; ſed differunt inter ſe, quia peſtis à cauſa vniuerſaliori excitatur, quã Febris peſtilentialis excitetur. Febris peſtilentialis Item Frigidis curatur, Calidis vero peſtis. Pręterea à contagio peſtis vix vnquam ſubtrahitur patiens, Ab eo tamen, quod prouenit à febre peſtilentiali ad libitum dummodo euigilet, ſubtrahi poterit.

Ad Sextum.

Ad ſextum Reſpondetur negando Minorem; non enĩm veræ peſtis Morbi hi vagantes conditiones omnes habent, quandoquidem deficit principalis, aeris, ſcilicet, corruptio.

Ad Vltimum.

Ad vltimum dicimus duplicem eſſe peſtem; Aliam ſcilicet, Naturalem, Supernaturalem aliam. Naturalis appellatur ea, quę mediantibus cauſis naturalibus excitatur. Supernaturalem appello;

quan-

quando tantummodo Diuinam voluntatem, morbum aliquando in pœnam peccatorum immittentem conſidero, hæc Omnipotentem Dei manum auctricem habet; Cui data eſt Poteſtas dimidium populi in vna, & eadem Ciuitate mediante lue peſtifera corrigere, & dimidium liberum à morbo dimittere; Secus vero accidit in peſte naturali, quæ ad inſtar ignis combuſtibilia omnia comburit, diſpoſita ad morbum corpora omnia afficit, & inficit.



DE
PRÆSERVATIONE
à Peſte, & à Febre Peſtilentiali in communi.

Peſtis duplicem ſpeculationem habet; Alterã prout eſt communis morbus, atque in Populum graſſatur: Alteram vero prout Priuatum quemque occupat; Hinc fit, vt auxiliorum etiam Pars pertineat ad Principes, ac Reſpublicas; Pars vero ad vnumquemque priuatum. Sunt quæ Principes ſpectare debent aduerſus Peſtem, Alia agenda antequam adueniat; Alia cum graſſatur; Alia poſtquam abierit, & in ijs omnibus tria ſemper ſpectare debent, Aerem, videlicet, Contagium, & corporum præparationem.

Quæ Principes ſpectare debeant aduerſus peſtẽ antequã adueniat, cum graſſatur, & poſtquam abierit, ne denuo recrudeſcat.

Aer partim cœlitus vitiatur, partim vero à terra malas ſuſcipit qualitates. Quod ad vitia Cœli pertinet, ſi à Peſte, febriſq. peſtilentialis morbo euadendi flagramus deſiderio; Deum in primis Immortalem præcibus aſſiduis (vt nobis opem ferat) ſollicitare debemus; à Deo enim (ſapientis oraculo) omnis eſt medela

A Deo omnis medela. Eccleſiaſt. c. 38

Et ni Deus adfuerit, Vireſq. infuderit Herbis;
Quid rogo Dictamnum, Quid Panacea iuuent?

cecinit Poeta.

Summorum hinc Pontificum decretis excommunicationis pœna, quin Medici ægrotis, ni prius Animæ ſordibus expiatis, præſto ſint, neque opem ferant, ſanctiſſimè cautum eſt. Quod ſemper, & præſertim temporibus his calamitoſis Ferrariæ profecto, Eminentiſſimi S.R.E. Cardinalis Laurentij Magalotti Paſtoris eiuſdem vigilantiſſimi præſcripto, per totam ditionem, atque Diœceſem ab omnibus pleniſſimè obſeruatur, Qui purpuræ ſacræ ſplẽdor operibus magis, quàm verbis ſic perfectè elucet probitatis exemplum, vt omnes ab eo vno diſcant Diuinam in anguſtijs implorare miſericordiam, & oculos ad Sanctorum montes ſubleuare, vnde venit Auxilium opportunum. *Fili in tua infirmitate*, inquit Sapiens, *ne deſpicias te ipſum, ſed ora Dominum, & Ipſe curabit te; Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum; ſanat enim ſolus languores Deus, & nõ Herba, neque Malagma; ſed*

Laurentius Magalottus Card. eminentiſſimus mira probitatis exẽplum.

Ad Deum in omni tempore recurrendum, ſed potiſſimum tẽpore peſtis. Eccleſia. c. 16.

ſed ſermo Domini ſanat omnia, & Dominus eſt, qui Vitæ, & Mortis poteſtatem habet. Ad Deum ergo, ad Deum in quacunque ægritudine, atque infirmitate eſt confugiendum; Ipſe enim deducit ad portas Mortis & reducit. Verum non id ab Infirmis tantum, ſed à Medicis quoque ipſis eſt obſeruandum; *Ipſi vero Dominum*, inquit Salomon, *deprecabuntur, vt dirigant requiem eorum, & ſanitatem propter conſeruationem illorum*; In cunctis enim morbis, atque periculis Cæleſte ſi à nobis eſt inquirendum lauacrum, dicite per Deum, quanta animi contentione, eo tempore ſuccenſa in noſmet Superum eſt propitianda Iuſtitia, quanto Cordis affectu Dei opt. max. eſt imploranda benignitas, quo præcipue ad vltionem inimicorum Peſtis, ſacra fames mundanam promiſcuè vndequaque depaſcit fragilitatem? Nullus de hac re prudenti remanet ambigendi locus, Diuiq. Gregorij cognomento Magni, & Pietas, & Fides omnibus adimit, vel impio, vel non credenti difficultatem. Graſſabatur in Vrbe Anno Salutis 590. per inguina mortalium dira lues, quæ omnes iã incolas depopulata, nil aliud, quàm intus Timorem Animis, triſte oculis ſimulacrum mortis repræſentabat; Ita vt etiam Oſcitanti, vel Sternuenti perſæpè Dies atra miſerrimè immineret. Pijſſimus tamen Pontifex, Deum ſemper orando, vt ſuo Populo propitius fieret, vt Peſtis abigeret, lethale monſtrum Ieiunijs, & Piaculis à præcibus numquam deſtitit, donec in reconciliationis ſignum deſuper Adrianæ molis cacumen Angelum ſanguinolentum gladium tergentem, in vaginamq. reponentem aſpexerit; Quo factum eſt (referente Sigonio) vt in poſterum moles illa Sancti Angeli Caſtrũ nominaretur; oſcitandoq. poſthac Homines ſigno Crucis labia munirent, necnon ſternuendo Alter Alterum ſalute Cęlitus impertiretur. Dauid quoque, vt Sacræ referunt Paginæ, cum Peſtis peſſima per triduum ſeptuaginta millia hominum conſumpſiſſet in cinere, & cilicio Deum exorans, meruit pro Diuina clementia in ſui Populi liberationem exaudiri. Sed quid ego de Sanctiſſimo Pontifice, deq. integerrimo Rege, ac Propheta verba facio; cum hanc ipſam gentilitatis, idolorumq. cultores cognouerint luce clariorem veritatem? Iſti namque cum, vt Baronius, Platina, Sabellicus, & Alij ſcribunt, Peſte plurimum perſæpè laborarent, tunc tẽporis, corde, & animo varijs animalium victimis, ferculis, & dapibus falſa illa numina, vt ſalutem impertirent, venerabãtur. Adſtruo huic veritati teſtem ſapientiſſimum Galenum ad rem noſtrã ſic referentem. *Peſtis vero omnes homines vocant, & norunt eſſe pernicioſos morbos, & mittunt ſæpe, qui Deos conſulant de curatione.* Verum mihi modo Hiſtoriam hic quamdam valdè piam, ſcituq. dignam enarrare placet, quam Sixtus Senenſis, cum cauſam docet,

Ibid. c. 38.

Greg. Magnus anno ſal. 590.

Hiſtoria Diui Gregorij.

2. Reg. c. 24

Com. Epidem.

Hiſtoria. Tom. 1. lib. 2.

cet, qua moti Athenienſes Templum illud cum inſcriptione *Ignoto Deo*, Cuius D. Paulus meminit, exerere, ſic refert *Laborabant quondam Athenienſes grauiſsima peſte, & cum Deorum omnium, quos Ipſi colerent, opem multis votis, præcibus, & ſacrificijs imploraßent, nihil adiumenti ſenſerunt; Intelligentes igitur, quemdam fortaße eſſe Deũ, quem Ipſi abſque honore reliquiſſent, qui iratus Peſtem immitteret, nouam extruxerunt Aram, eamq. inſcripſerunt* Ignoto Deo, *quo facto ſtatim Peſtis ceßauit.*

Cur Athenienſes Templum illud cum inſcriptione, Ignoto Deo, erexerint.

Sed quid opus multis? exempla hic alia, & ea potiora ad maiorem animorum in Deum ardorem, ac pietatem excitandam calamo currente commemorabo. Imperatoribus Michaele, & Theodoro à confracto ſerpentis capite Anno 847. Peſtem peſſimam latè deſœuiſſe à Georgio Cedreno perhibetur, in qua expellenda, cũ vis nulla medicinæ iuuaret, remediumq. omne penitus appoſitum fruſtraretur, Bugor Bulgarorum Rex veri Chriſtianorum Dei auxilium, & iuuamen implorans, à Michaele Imperatore Sancti Euangelij Prædicatores maxima animi contentione per Nuntios efflagitauit, quorum eruditione, & exemplo cum illi populi Fidem, & Baptiſma ſuſceperint extemplo Peſtis liuor omnis euanuit, Ipſeque Rex prior inter illos ex ſacris lymphis renatus ad gratiam, Imperatoris Chriſtianorum cauſa Michaelem nominari in exemplum poſteritatis, non recuſauit. Ad hanc rem de Peſte alia Anno Domini 588. habetur mentio, quod eo tempore Mauritius Imperator cum de Perſis præliando Victoriam retuliſſet, ex Turcis reperti ſunt permulti, qui in auxilium Perſarum arma ſuſceperant, ſignũ Crucis in fronte ignis coctura exaratum præferentes, intuentium omnium oculis, Imperatoris præcipuè ſtuporem maximum inijciebant, qui ſciſcitans ab eis cauſam, quapropter cum non Chriſtum colerent, eius Crucem in fronte geſtarent? Reſponderunt, maximam peſtem olim in ſua Regione extitiſſe, contra quam cum nullum iuuaret, nec naturæ robur, nec Artis remedium, nec Idolorum ſuorum auxilium, à quibuſdam ibi commorantibus Chriſtianis conſilium acceperunt, vt illa Cruce in frontibus munirentur; quo facto ſtatim conualuere omnes, totaq. Regio illa Peſtis contagium aufugit, priſtinamq. induit incolumitatem; Sic inter cæteros Nicephorus refert. Econtra vero, qui magis & Medicis, & medicamentis crediderunt, quàm Deo (diuina permittente Iuſtitia) omnes mortis iaculis interfecti, huius veritatis facti ſunt aſſertores, inter quos Aſa, vt legitur Paralip. 2. *Quia in infirmitate ſua non quæſiuit Deum, ſed magis in Medicorum arte confidit, mortuus eſt*; Rex vero Ezechias, qui ſperauit in Deo ſalutari ſuo, quodcumq. artis floccipendens remedium è morbo, quo premebatur conualuit;

Hiſtoria Georgij Cedreni.

Hiſtoria Nicephori.

Lib. 18. cap. 20

Cap. 16.

Quam

Quam veritatem Cedrenus in Compendio Hiſtoriæ Sixti Senenſis *In ſua Bibliot.* ad hanc rem notatis, his verbis illuſtrat. *Libros Salomonis, in quibus de ſtirpium, atque animalium omnium terreſtrium, volucrium, & natantium natura, Remedijſque morborum inde petendis diſſeruerat, Ezechias combuſſit; quia Populus ex his remedia petens, à Deo ſanitatem poſcere negligebat.*

Dijs igitur inuocatis, vniuerſa Deo attribuenda; Nos quoque aliquid operę afferre in medium oportet; Deus enim creauit nos Medicos, vt noſmet in grauibus, non leuibus morbis æternæ adhibeat ſuæ prouidentiæ miniſtros; *Multos enim morbos*, Meſue, inquit, *ſanat ſola natura abſque conſilio, & ope Medici, tales autem leuiſſimi ſunt*: & addit Sapiens: *Honora Medicum propter neceſſitatem, Altiſſimus namque creauit illum, vt in maximis infirmitatibus; Proximo ſuo opem ferat. Qui quidem ſi Prudens erit non abhorrebit illum.* *Altiſſimus creauit Medicũ, & Vir prudẽs non abhorrebit illum.* Diſcite hinc, ò magnæ Animæ, Vos ò Principes, qui in Populos dominamini, diſcite timorem Domini.

Pallidæque exangui ſquallent dum Corpora morbo, *Manil. lib. 1.*
Aut grauibus morbis, & lenta corpora Tabe
Corripit exuſtis lethalis flamma medullis,
Labenteſque rapit Populos, totaſque per Vrbes
Publica ſuccenſis peraguntur Fata ſepulcris.

Confugium ſit Vobis ad Deum, præces fundite aſſiduas, & bene ſperate. Ipſe namque liberabit Vos à malo cum Populo veſtro, Diſcite Romanorum exempla, qui vſque ab Epidauro Eſculapij ſimulacrum, cum non Hominem habere potuerit, conduxerunt; Non eſt Febris peſtilentialis, & peſtis vulgare malum, nec rudem quemlibet admittit in ſua curatione Medicum. Hanc Eminentiſſimus Cardinalis Spata Bononiæ Legatus per praxim cognouit *Eminentiſſimi Cardin. Spata prouidentia.* perfectè veritatem, qui omnium horarum Homo in illa purpura, in illa dignitate Muſas amat, Muſas colit, & inter publica litteras, inter litteras publica taliter adminiſtrat, quaſi à Natura ipſa ad vtrumque pari felicitate edoctus videatur. Hic dum per totam ſuæ legationis Ditionem lethifer morbus dominaretur, Medicum Panormitanum longè omnium ſapientiſſimum mille aureorum ſingulo quoque menſe honorario accerſiuit, ex cuius ope, & ſcientia, cum magno Art. Medic. ſplendore, non modicam per ſe, ſubditiſque omnibus contagio infectis extraxit vtilitatem.

Cuius etiam exemplo aduertant, qui populorum curam habent, *Congreſſus frequentes tempore peſtis periculoſiſſimi.* ne frequentius quam deceat, eos congregare permittant; Congreſſus enim frequentes periculoſiſſimi exiſtunt, vt Galenus docuit, & Hiſtorici fermè omnes confirmant, inter quos Sabellicus; *fugienda eſt*, inquit, *Hominum multitudo, inficere, namque ſolus plurimos*

Lib.3. Decad.1 *mos poſſet*. Scribit Item Liuius ſub Conſulatu P. Seruilij factam fuiſſe peſtem Romæ, eo quod populus coactus eſſet ſub arctis tectis, atque copioſius habitare; Hic Ipſemet Auctor teſtatur, & cum eo Plutarcus, Athenienſes criminatos eſſe Periclem, non alia de cauſa, niſi quod peſti cauſam dediſſet, coacta multa Agreſtium copia intra Vrbem, Hinc Lucianus.

Athenieſes cur criminati fuerint Periclẽ in vita Pericli.

Nec minimum partim ex Agris ægrotis in Vrbem
Confluxit, languens, quem contulit Agricolarum
Copia conueniens ex omni morbida parte,
Omnia complebant loca, tectaque quo mage eos tamen
Confertos, ita aceruatim Mors accumulabat.

Quapropter à Principibus hiſce temporibus calamitoſis concedendum eſt, vt nobiles quique rura petant, eo quod ſemper Vrbes propter aerem illum craſſum, & concluſum magis periculoſæ sũt; Rura vero ſemper tutiora. Hinc Plutarcus docet, Veteres id in more habuiſſe, vt Templum Eſculapij ſemper extra Vrbes ædificarent, non ob aliud, niſi quia Ruri Aer ſalubrior eſt, quam in Vrbe. Verum eatenus hoc præceptum improbabile non eſt, quatenus Primatibus Viris non indigeant Vrbes ad Vniuerſitatis regimen, & conſeruationem; ſecus autem non admittitur, quia vbi maior, minor ceſſat; & præcipue cum Viri Primates etiam tempore ſanitatis amplas inhabitent ædes.

Rura tempore peſtis sẽper tutiora, et quare. Cur Templum Eſculapij Veteres extra Vrbẽ ſemper ædificaſſent.

Curent Item Principes, qui publicæ ſaluti conſulere tenentur, Vicos, & Plateas omnes, ſentinas, & aquæductus à fimo, & ſterquilinio accuratiſſimè expurgari; ſtagna, & paludes depurari, ita vt nihil putridum, aut feculentum in Ciuitate ſit; Et quidquid fœtorem, aut putredinem parere poteſt, extirpetur. Memini me legiſſe apud Lucianum, Toxarim Medicum Scytham olim liberaſſe Athenas à peſte, quod iuſſerit vias Vrbis emundari, & Angiportus omnes vino irrorari, ex quo meruit inter Aſclepiades ab Athenienſibus ſupradictis connumerari; Audiamus quæſo formalia verba Luciani. *Tempore magnæ Peſtis viſa eſt Architelis Ariopagitæ Vxor Demanete, videre aſtantem ſibi Scytham, vt diceret Athenienſibus, quod ceſſabunt Peſte vexari, ſi Angiportus vino multo irrorarent, hoc ſæpius factum (Neque enim ſpreuerunt Athenienſes, hoc audito monitu) ſedauit illorum peſtilentiam, ſiue quod Vapores quoſdam malos Vinum extinxiſſet, ſiue quod aliquod quid maius Heros Thoxaris, tamquam Medicus id conſuluit. Merces igitur ſanationis, adhuc etiam redditur ei Equus albus ſacrificatus.* Quare Cauſam infirmare, ac fugere ſtatim expedit ſelecta habitatione ab omni inquinamento, ſeu fœtore munitiſſima, Aquilonaribus ventis expoſita, in loco ſublimi clauſa, niſi ad ventos frigidos, & ſiccos, in qua pauci ſint Habitatores,

Cur inter Aſclepiades Toxaris Medicus cõnumerari meruit.

Habitatio eligenda tempore peſtis.

Famu-

Famulis, ac Miniſtris procul degentibus, quominus incaleſcat. Itē ipsā irrorare oportet aqua roſarum, ac floribus, herbiſq. frigidis, & ſiccis ſparſis; Verum ſi Hiems fuerit, aut tempus non plurimum æſtuoſum in locis publicis domus, & ſub diu Ignem alere oportet rebus odoratis, oportet inſuper Aerem mutare in eadem Ciuitate, verſus eam partem, qua purior, frigidiorque ſpirat, & Homines minus corripiuntur morbis; In reliquis vero debent ante cætera optimi Principes inuigilare, vt Animalia ad quotidianum victum deſtinata extra Vrbem interficiantur. Canapes, & linum in locis ab Vrbe remotiſſimis emacerentur; Quibus in locis tamdem Induſtrioſi nutrire poſſent ſericos Vermes, eoſque tractare, quod factitaſſe antiquitus vſque ad hodiernum diem in Regno Neapolitano præſertim, Experientia docet.

Animalia ad quotidianū victum deſtinata extra vrbes tempore peſtis mactari debēt.

Canapes, & linum in locis ab vrbe remotiſſimis macerentur.

Vermes ſerici extra Vrbē nutriantur.

Canes præterea, & Feles non permittant vagari, nec plurimos eſſe, ſed inutiles interficere; Vitent hominum conuentus, cum maximè citra Dei offenſam non fiant, & curent omnes in domo diu manere, niſi qui publicum aliquod officium exequuntur. Quibus non decet è domo exire prius, quam Sol humidas noctis reliquias diſſoluerit; Veſtimenta item munda, frequentiuſque mutata exoptanda ſunt, quæ ex denſiori materia fieri oportet, quominus grauent; Subuculas etiam abluere maximè idoneum eſt, aqua roſacea, vel alia odora cum modico aceto, ita vt omnibus veſtibus ſuauis concilietur odor; Æſtiuo tempore frigidus, frigido vero calidus; Quod etiam de reliquis odoramentis, ac domorum præparatione ſubaudiendum pari lege putato.

Canes, & Feles inutiles interficiantur.

Quando liceat è domo exire tempore peſtis.

Vigilandum eſt quoque, vt intra Vrbes, Venti ſalutares tantum admittantur. Pro quo ſcopo adimplendum eſt, vt per totam Vrbem eæ feneſtræ ſint apertæ, quæ Aquilonem admittant, obſtructis ijs, quæ Auſtrum ſpectant; Aduehunt namque peſtem Auſtri, vt iure ſcriptum ſit à Plinio obſeruatum eſſe ſemper à Meridionalibus partibus peſtem in occidentem ire; Quocirca Empedoclem Agrigentinum patriam ſuam ſeruaſſe, ferunt, obſtructis montium fiſſuris, per quas venti peſtiferi perflabant. Et Aetius ad rem noſtram. *Fugienda eſt hominum frequentia, ſed in bono vitæ regimine cum paucis, & charis amicis degendum, confabulando, & ludendo ſine ſtudio, ſine curis, & alienus ab omni cogitatione terrifica viuendo, nihilque de peſte, aut mortuis memoria repetendum; Ex ſolo enim timore, aut imaginatione ægrotaſſe nonnullos, compertum eſt*; hinc citatus Auctor. *Eligantur loca à Ciuitatibus ſemota, ad quæ neque de mortis fama, neque etiam mali vētorum afflatus perueniant*; à quibus, vt diximus, pro viribus cauendum eſt.

Lib. 7. cap. 50.

Auſtri peſtem aduehunt.

Empedocles Agrigētinus quo modo à peſte ſuam patriam ſeruauerit.

Vnum præterea omnium maximum remedium eſt ad corporum

præparationem, ac diſpoſitionem, quod debent Principes ſtatim adhibere, vbi ſuſpicio eſt futuræ peſtis; Vt ſcilicet, Omnes pauperes, qui male habitant, & male viuunt extra Vrbem in loca ſalubria agantur, vbi tamen commodè nutriri poſſent; Quandoquidem verus, & præcipuus peſtis fomes eſt populus ipſe, plebs, & pauperes, qui & propter domos anguſtas, & prauam victus rationem maximè omnium contaminantur, maximè omniū peſtem dilatant. Scriptum legi, quaſdam nobiliſſimas Vrbes, vt populus aleretur, vt commodè viuere poſſet, artium opera auxiſſe, quod factum ex ſpeciali mandato Magni Ducis Ætruriæ, commendant Politici; Quādoquidem dum lucratur ex artibus, facilem, & victum ſibi comparat, nec ab Vrbibus, lociſque ſuſpectis res, vnde manu pretia ſibi quærat, clam congerere curatur.

Populus, plebs, pauperes præcipuus peſtis fomes.

Magni Ducis Ætruriæ prouidentia.

Rurſus prouideant Principes, Vbi ſuſpicio eſt futuræ peſtis, vt Meretrices omnes à Ciuitatibus exulent, eo quod hæc ſit maxima occaſio, & generationis, & augumenti Peſtis, vt infra manifeſtabimus.

Aduertant tandem Principes circa Contagium, ne ex infectis Regionibus vlli aduenianc, quòd ſi quis aliquem locum peſtis attigerit, ab eo quam citiſſimè ſe in ſalubrem conferat; Caueatque ne ex ſalubri in infectum acceſſerit, quod ſibi magis, quam in infecto degentibus nocere poterit; imo nonnulli dixerunt, qui diu in corrupto aere permanſerunt, ſi ad ſalubrē ſe contulerint peſtis diſcrimen ſubeunt: Quoniam dum in corrupto erant, peruigil ſemper fuit natura venenum corrigere, ipſumque repellere, quæ in ſalubri poſt modum ſopita, ac ſi libera ab inimicis eſſet, regiminis habenas reliquendo à veneno iam ſuſcepto irritata corripitur, & hinc videre licet nonnullos, locis contagioſis derelictis in ſalubribus ægrotaſſe. Quod ſi aliqui adueniunt, ij tantiſper ſunt extra Vrbem detinendi clauſi, donec certum ſit, eos integros, & pācraticè viuere. Pari pacto diligentiſſimè ſtudendum eſt, ne intra Vrbem admittantur vllæ res ex ijs præſertim, quas docuimus fomites eſſe peſtis.

Cauſa generationis, & augumenti peſtis Meretrices.

Peſtis diſcrimē ſubeūt, qui diu in corrupto aere permanſerūt ſi ad ſalubrē ſe contulerint.

Ex quo Problema oritur. *Num cauſa morbifica poſſit diu in fomite conſeruari*, quando ex Claſſicis nonnulli teſtentur poſt vnum, vel alterum annum pannos infectos conſeruaſſe peſtem, & communicaſſe. Vt huic Problemati ſatisfaciamus, Ita ſtatuo, Fomitem aut eſſe perflatum, aut non: ſi ſit perflatus, vel à ventis, vel aliqua alia arte, vt fit, proculdubio peſtifer ille vapor diu durare non poteſt, ſed neceſſum eſt, vt media illa agitatione imminuatur, atque prorſus deleatur; & idcirco laudandus eſt Marſilius Ficinus, qui in libro ſuo de peſte ſcriptum reliquit, pannos, aut parietes ſpatio viginti

Nū cauſa morbifica poſſit diu in fomite conſeruari.

dierum

dierum ſi perflentur, atque mundentur ab omni Contagio depurari; Si autem Fomes nullo modo perfletur, plane poteſt in ipſo diutiſſimè peſtifer vapor conſeruari; Atqui Morbi in corpore humano diu conſeruantur, ergo multo magis poſſunt conſeruari in ijs corporibus, quæ carent Anima, & ſenſu. Aſſumptum Probatur grauiſſimorum auctorum ſententijs, & præſertim Galeni, qui de morſu canis rabidi verba faciens, aſſerit, hoc veneni genus in corporibus commorſorum latere per annum, tandem erupiſſe: Eruditiſſimus etiam Philoſophus Theophraſtus idem confirmat, & inſuper docet, dari venenorum præparationem, vt per tres, aut quatuor menſes in corporibus maneant ſine læſione. Quid plura? Ipſe in Apulia ſæpiſſime obſeruaui, nonnullos à Tarantolà commorſos, vbi ſemel à ſymptomatum ſæuitia, & febre liberati fuerint, non amplius in eumdem morbum recediſſe; Alios anno ſequenti non reiterato morſu, quaſi cōmorſi fuerint, de eiſdem Symptomatibus, & febre conquæſtos fuiſſe; Et tandem ijdem tertia aduentante æſtate, quo tempore truculentæ beſtiolæ infeſtare præſertim meſſores ſolent, ad eaſdem cantilenas, ad eoſdem ſaltus, & muſicas inuitantur, ad generoſa vina cōfugiunt, quouſque ſudore copioſo euocato, liberi ab omni labe venenati ſanantur. Si itaque in corpore humano venenata materia conſeruatur per multum temporis ſpatium, eo magis vapor peſtifer conſeruari poteſt in fomite. Ratio huius eſt, quia in corpore humano venenum ſemper habet inimicum, qui ſecum contendit, Calorem natiuum, & Naturam corporis Gubernatricem; In fomite non habet vapor peſtifer, ac venenum vllum aduerſarium, non habet Calorem, aut Naturam, quæ ipſum obtundat; Ex hac reſolutione elicere poterit quiſquis ille fuerit, qui hoc opuſculum præ manibus habet, veriſſimum eſſe quod ſcribit Euagrius in Hiſtor. Eccleſiaſt. contigiſſe in ea maxima peſte, vt ſæpe ſani Homines ex infectis Regionibus diſcedentes, & in liberas abeuntes inficerent ſanos illos, & Regiones illas, eo quod in ſeipſis conſeruantes, veluti in fomitibus, venenum peſtiferum cōmunicabant alijs, atque ita aerem inficientes peſtem inducebant.

De Hiſt. plant. lib. 9. c. 16.

Hiſtoria de veneno Tarantolæ.

Lib. 4. c. 28.

Vltimo ante peſtis tempus debent Principes cum prima ſigna perceperint comparare, & intra Vrbem redigere omnia neceſſaria ad Victum, & ad curationem. Panem, videlicet, Vinum, Oleum, Carnes, Pharmaca inſuper, & ea, quæ peſtem propellunt. Et de ijs, quæ ſpectare debent ad Principes, antequam peſtis aduenIat, dicta ſint ſatis.

Quid

Quid ſit in communi agendum dum peſtis graßatur.

2. de nat. hum.

Locũ protinus mutare ſalutare, & vnicum remedium in peſte.

EST ſententia diuini Hippocratis, Vbi fiunt ab aere morbi, nihil eſſe accomodatius, & præſtantius quàm Aerem, & locũ protinus mutare; Ex quo Hippocratiſmet oraculo emanauit deinceps, quod in ore eſt omnium,

Citò, Longè, Tardè, Vel

Cede cito, longinquus abi, ſeruſq. reuerte.

Idq. Celſus intellexit, cum præſeruandi ſe à peſte leges tradens, *peregrinandum*, ait, *atque nauigandum eſſe*; Et Seneca. *In Peſtilentia ſedes mutare licet*; Non diſſidet ab eorundem ſententia D. Hieronimus, apud quem ſcriptum legitur; *Negotiatorem Clericum, ex inope Diuitem, & ex ignobili glorioſum, quaſi quaſdam Peſtes fuge.* Et quod conducat tempore peſtis Fugam arripere, manifeſtiſſimè Nobis demonſtratur ex verbis Saluatoris, qui per Ezechiam loquens cõteſtata profert. *Ira enim mea ſuper vniuerſum populum, Gladius foris, Peſtis, & Fames intrinſecus; qui in agro erunt gladio peribunt, & qui in Ciuitate Fame, & Peſte deuorabuntur, & ſaluabitur, qui fugerit ex eis.*

Cap. 7.

Ad quem aerem recurrendum tempore peſtis.

Verum quo ſit eundum, ad quem Aerem recurrendũ, hoc opus, hic labor. Tempore quo Peſtis Romanam Vrbem deuaſtauit, Medici primates conſuluerunt Imperatorem Commodum, vt nemora peteret, in quibus Lauri ſuas radices infixerint; Auram enim, quę ex Lauris exſpiratur ad Peſtem fugandam appoſitiſſimam eſſe, pro comperto habebant. Cæterum Ripa Legiſta Famigeratus verba faciens de præſeruatiuis ad peſtem, Poſtquam docuerit, ſaluberrimum locum eſſe quærendum, in quo ſibi eligat Domicilium, qui ſe à Peſte præſeruare cupit, ſubdit, *Dignoſcere autem poſſumus locum etiam ſalubrem ſecundum Vetrunium, ſi is locus ſit excelſus, non nebuloſus, regiones Cęli ſpectans, neque æſtuoſus, neque frigidus, cui nulla noceat paluſtris vicinitas; Nam Auræ matutinæ, quæ Sole oriente ad Oppidum nebulis quibuſdam adiunctis perueniunt, ſpiritus beſtiarum paluſtrium venenatos cum nebula mixtos in habitatorum corpora ſpargunt, & ſic locum efficiunt peſtilentem.* At contra Auicennas, quem ſequuntur Ludouicus Mercatus, & Alij in ea opinione cadunt, recurrendum eſſe ad aerem aquoſum, & craſſum, vtpotè quia non ita de facili corrumpitur, *Si quis aerem mutare velit* (ait Auicennas, *ea mutatio fiat ad aquoſum ſolum, & cælum craſſum, cum Aeris vitium malo cauſam dedit; Nam is Aer tutior eſt, ob frigiditatem,*

Lauretus ad peſtem fugandam locus appoſitiſſimum.

Laudatur ab Auicenna in gratiam præſeruationis tẽpore peſtis Aer craſſus & paludoſ.

tem, & denſitatem. Quod ſi Auctoritati Claſſicorum, & Rationi Nobis conceſſum fuerit experientiam addere; Cum de præſenti, omnes ferè Ciuitates, Oppida, & Villas Galliæ Cyſalpinæ contagioſa febris peſtilens deuaſtauerit (exceptis Ferraria, & Rauenna) fas eſt credere, & pro comperto habere; cum Ferrariæ, & Rauennæ Aer habeat omnes numeros, in ſententia Auicennæ, & ſequacium; Aerem ſupra deſcriptum ab eodem Auctore opportuniſſimū eſſe, cum non ita de facili alteretur, & contagium communicet.

Quare cum iam graſſatur Peſtis, & mutari Aer non poſſit, tunc præcipuum remedium eſſe (ni fallor) Aerem igne alterare, quo remedium vſum fuiſſe Hippocratem, narrat Galenus, ſed non defuerunt, qui hoc auxilium damnarunt, inter quos Auicennas, quando præcepit, Cameras infrigidandas eſſe: Verum, vt hanc difficultatem de medio tollamus dicendum, ibi Auicennam loquutum fuiſſe de Præſeruatione, non autem de Curatione; Vel melius, Hieme quidem, & Autumno Ignis accenſus per Vrbes, non poteſt, non magnopere vtilis eſſe; maximè ſi Peſtis viguerit; at vero in æſtate, in Febre peſtilenti ſine peſte, præſertim ardente Sirio, nullus profecto ignis accendendus eſt; Quapropter non poſſum commendare eos, qui hiſce temporibus calamitoſis ſupellectiles in Vrbibus cremant, eoſque qui ſuis clientis vrinam putridam, ſtercumq. peſtilentem ad peſtem auertendam, odorandam ſuadent; Multo minus Palmerium, quando aſſeueranter defendit, plerumq. tempore peſtis prodeſſe locum quærere, in quo graueolentes odores ſentiuntur, & vt ſuam ſententiam ſtabilitet hæc in medium profert. *Nam qui latrinarum, & fetidiſsimarum cloacarum purgamenta exportant, & quæ in Xenodochio ægrotantibus miniſtrant Virgines, quaslibet crudeles Peſtilentias (adeo ſcilicet omni graueolentiæ, atque aeris inquinamento aſſueuerunt) rident, & deſpiciunt*. Ceterum omnium minime audiendus eſt Alexander Benedictus, qui verba faciens de quadam peſte, quæ olim Tauricam Prouinciam deuaſtauit, poſt multa concludit, eam debellatam fuiſſe, graueolenti odore exhalato, ex cadaueribus infinitorum canum, & felum; quæ Animalia Medici Scytæ iuſſu conſulto interfecta erant, *Putreſcentes enim Canes* (hæc ſunt formalia verba ſupracitati Auctoris) *aeris naturam immutant, quæ Hominibus dumtaxat exitialis erat, Ita namque Diſsimilitudo facit, & rerum diſcordia, quæ Venenum Veneno interdum debellatur*.

Non deſunt ex Auctoribus, qui aſſerant, præſeruari à peſte domus illas, in quibus Hircus putridus nutritus fuerit; hinc multi Auerrois auctoritatē muniti, tempore peſtis, cum Hirco comedūt, & dormiunt; ſed toto Cœlo profecto errant hi; Propterea quod non

Quando Aer tempore peſtis debeat igne alterari.

Supellectiles in Vrbe haud cremandæ.

Ad peſtē auertendam graueolentia pernicioſa.

De febr. peſtil. cap. 15.

Qui cum Hirco putrido tempore peſtis comedunt & dormiūt peccāt & vna ſimul peccati pœnitētiā agunt.

non ſolum Aer magis feruet ex putridis vaporibus; Verum etiam, & propter illum teterrimum odorem; propter graues illos fumos offenduntur Nares, replentur Capita, Febres magis incrudantur, & Corpora peſti ſuſcipiendæ paratiora fiunt.

Nec ſuffragatur hic Dictum Palmarij, quod probat, ſubſequentibus, ob graueolentem odorem, Coriarios raro, vel nunquam peſte corripi. *Experientia comperi*, ſic ait Palmarius, *Coriarios, qui in media Lutetia habitant, raro peſte corripi, graueolens enim Vapor, quo tota Vicinia perfuſa eſt, peſtilentem Aerem vix intro ſubire in eorum caſas patitur.* Multo minus Lemnij, cum ait: *Plebei noſtrates Corei, Cornuq. præſegmina, atque Oſſa ſubuuida in ignem conijciunt, eoq. nidore ſuas Caſas, aut Tuguria ſuffumigant, quo morborum contagia diſpellant, ac ſe, ſuaſq. ædiculas à peſtilenti aura tutas præſtent;* Atque hinc manauit Prouerbium. *Cornua inibi aduri, deſignans loca peſte, morbiſq. contagioſis infecta euitanda.* Quoniam Vapores, qui exhalantur ex ſupradictis materijs plus iuſto ſicci ſunt, & conſequenter contrarij peſtilentiæ ſeminario. Non diſſimile remedium diſcutiendæ peſti adhibitum eſt, cum apud Neruios, quos Tornacenſes modo vocant, morbus popularis crudeliter ſæuiret, totaq. Vrbe graſſaretur, Milites ſiquidē Præſidiarij, qui in Arce excubias agebant, Machinas, tormentaq. bellica puluere bombardico nō globis oppleta, Vrbi obuerterunt, eaq. ſub diei, noctiſq. crepuſculum incenſo funali explodi curabant, quo effectum eſt, vt ſonitu violento, fumantiq. odore Aeris contagium diſcuteretur, ipſaq. Ciuitas à peſte facta ſit immunis, ac libera. Neque enim minus eſt hoc remedium, quo paſſim in Germania vtuntur in diſſipandis nebulis, infectiq. aeris contagijs per compita Ignes excitare, quod Hippocratem factitaſſe legimus, extructis pyris, conteſtiſq. ſarmentis, ac faſcibus.

Cur Coriarij raro peſte tententur.

de occult. nat. mirac. lib. 2. c. 10.

Præſentaniſſimum remediū ad peſtem fugandam.

Quibus Rationibus moti, vt à graueolentibus, putridiſq. infectionibus Ciuitates præſeruent; Caueant Principes, Cadauera inſepulta eſſe, nec concremanda permittant, ſed omni diligentia procurent extra Vrbem longe à Mœnibus portanda, ibiq. altis foſſis ſepelienda; Multas legetis apud Hiſtoricos eſſe peſtes auctas, eo quod Cadauera inſepulta manerent; ſed vnus Diodorus Siculus ſcribit, potiſſimum ei Carteginenſium peſti incrementum feciſſe inſepultorum corporū fœtorem, quæ nemo ob contagij timorem tractare audebat, & quod in Valetudinario veteri comburerentur. Vnde à Vento in Vrbem Fumus, atque corporum combuſtorum Inquinamentum pellebatur. Quare haud Fides danda eſt ijs, qui exiſtimant, Cadauera ipſa non eſſe Contagioſa cum Fracaſtorio, dicens; *Mortuum autem Animal Contagem eam non ſeruat, qua tenebatur,*

Cadauera inſepulta eſſe, nec concremanda permittāt Prīcipes tempore peſtis.

Errat, qui crediderit cadauera peſte tentata minimè eſſe contagioſa. lib. 1. de cōtag. cap. 12.

batur viuens; Atque ſeminaria contagionis vna cum calore innato extincta ſunt; Quoniam, & ſi frigida ſint ad tactum, cum tamen putreant neceſſario calida euadunt, & ex illis eleuantur euaporationes fętidæ, & peſtiferæ: Hinc inter alia relatum eſt à Thucidide, in ea peſte Aues, & Bruta carniuora nõ attigiſſe Cadauera, eo quod & hæc Animalia à Natura eſſent edocta, cadauerum euitare Contagium. vt belliſſimè his expreſſit verbis Iubertus. *Hæc confirmat, quod de Athenienſium peſtilentia omnium ſæuiſſima Thucidides refert, Cadauera paſſim inſepulta manſiſſe, eaque nullum Animal attigere auſum, Aut ſi forte attigiſſet interemptum fuiſſe (ſcribit inde) Cadaueribus aſſueti Corui circa illa non conſpiciebantur.*

Cap. de Peſte.

Cur Corui circa cadauera cõtagioſa non cõſpiciantur.

Debent item prouidere ſanitatis Pręſides, vt ſi fieri poteſt omnes tentati à peſte, noctis tempore extra Ciuitatem in valetudinaria ad hunc vſum accommodata portentur, vbi tamen omni maiori diligentia, & charitate chriſtiana curentur; nec ſolum debent ipſi exportari ægri, verum etiam omnes ſupellectiles, quæ ab ipſis ægris potuerunt infici. Quo tempore curandum eſt etiam diligenter, ne quis res illas infectas ſuffuretur; Quod ſi æger exportatus moriatur, quamprimum omnes illæ res ſunt comburendæ, loco tamen proportionato, & tempore (vt diximus) opportuno; Nihil enim peius eſt, quam res illas aggregare. Cæterum ſi ſeruetur æger, curetur, vt res illæ emundentur, eo pacto, quo ſcriptum legitur in Leuitico cum de Leproſis mentio fit. Et quia ſæpe in domibus vnde ægri ſunt exportati remanent etiam aliqui ſani, de ijs quoque cura exacta eſt habenda. Proquo videatur, An in domibus illis poſſint conſeruari necne; Quod ſi ſecus, etiam ipſi emandandi sũt extra Vrbem, in locum ad talem effectum deputatum, vbi nihil ipſis deſit, quod pertineat ad ipſos à labe ſeruandos.

Supellectiles infecta haud aggregare licet.

Verum quia interdum accidit, vt etiam Nobiles, & Diuites peſte tententur, quod non æquum eſt vnà cum Plebe ad valetudinaria publica mitti; idcirco prouidendum eſt, vt vel ipſi in proprias Villas abeant, vel extra Vrbem domus ligneas ſibi conſtruant; Vel ſi aliqua ratione ipſis in Vrbe manendum ſit, Curandum eſt, vt non ſolum eorum Domus clauſæ detineantur, & nihil ex ipſis exportetur, ſed etiam vt ipſi ægri ſeparati maneant ab alijs ſanis, cum aliquo Miniſtro, qui ſaluti ſuæ conſulat (adhibitis etiam cuſtodibus eorum impendio) à quibus cætera Vrbs in ſecuritatem, & incolumitatem ſuam conſuli videat, ne extra illa ſepta morbum dilatare queant. Hoc namque ſtudium confert quidem præcipuè ipſis Nobilibus, ſed confert etiam toti Vrbi, nam ijs remedijs adhibitis prohibetur; quominus peſtis propagari poſſit.

Quomodo ſint tractandi Diuites, & primates peſte tentati.

Item hic vnum proponitur fortaſſe à nemine conſideratum, &

in temporibus his calamitoſis ſupra omnia neceſſarium, & vtile; hoc eſt, vbi ſemel tentati à peſte ſanitati fuerint reſtituti, Hi à Principibus deſtinentur (habita conſideratione perſonarum) in ægrotantium ſubſidium; Atque (vt ſupra probauimus de mente Thucididis, & experientia comprobatum habemus) qui ſemel paſſi ſunt peſtem, vel non ita cito, aut nunquam eadem iterum tentari. Aſſignant Medici huius euentus rationem; Quia euacuatur, & cõſumitur tota illa materia, quę erat fomes mali, qua conſumpta nihil amplius remanet, ex quo poſſit nouus morbus generari; Pari pacto contingit in Regionibus iſtis, quæ ſemel vexatæ peſte; vbi poſtmodum ſunt liberatæ, vel non amplius, vel nonniſi multos poſt annos iterum ea tentantur.

Cæterum illud rurſus maxime omnium prudentia Principum, & diligentia indiget, vt prouideatur tamdem pauperibus illis, parentibus, cognatis, & fortunis omnibus ſpoliatis, qui ex valetudinarijs in Vrbem redeuntes, poſtquam inſeruiuerint, cum non habeant vbi recumbant, quid edant, Veſtes, quibus induantur, non ſolum Frequentes occumbunt; verum etiam fomites peſtis conſeruant, & fortaſſe proceſſu temporis præbere occaſionem poſſent, vt iterum malum renaſceretur.

Num poſſit venenum in fomite conſeruari ſine læſione illius corporis, cui adhæret fomes.

Quod Anſam dubitandi præbet. *Num poſſit Venenũ in fomite conſeruari ſine læſione illius corporis, cui adhæret Fomes.* Vt ſi quis habeat Veſtem infectam, & quotidie geſtet. Dubio vertitur; *An in ea veſte poſſit peſtis diu conſeruari, abſque læſione illius hominis.*

Ad Difficultatem propoſitam Reſpondetur, Venenum quidem peſtiferũ cõſeruari poſſe in excrementis, & indumentis hominũ ſine ipſorum læſione, ſed nequaquam poſſe in viuẽtibus particulis. Hoc autẽ ita confirmo; Quia Vapor ſi in viuentibus particulis conſeruaretur, aut eſſet efficax, aut inefficax; Si efficax eſſet, cũ ſit in corpore calido proculdubio, & in agendo, & in repatiendo aliquã læſionem faceret. Si autem eſſet Inefficax, quemadmodum non ageret in particulam viuentem, ita etiam non ageret in proximos.

At ſi quis obijciat experientia edoctus, Mulierem poſſe cõmunicare luem gallicã alteri, ẽt quod ipſa careat; Quaſi mulier conſeruet gallicam illam peſtem, & communicet alijs ſine ſui ipſius læſione. Reſpondemus, magnam intercedere differẽtiam inter vapores peſtiferos, & Tabẽillam gallicam: quia in peſtifero tabo nõ eſt, neq. ea contrectatio, neq. ex parte agentis, & patiẽtis ea actio, quæ eſt in morbo gallico, qui cũ acquiratur per coitum; & mulieris calor valde agitat, & viri etiã calor maximè attrahit, quo fit, vt illud venenũ gallicum quamquam ſit iners, & torpidum, communicetur tamen, propter illud violentum Contagium. Et hæc quoad Principes.

QVO-

QVOMODO VNVSQVISQVE *præſeruari à Peſte, & Febre peſtilentiali debeat.*

SVmma præſeruationis (vt docet Galenus) duobus ſcopis completur; Vnus eſt, vt frangantur Vires cauſæ agentis; Alter ſcopus eſt, vt Aptitudo corporis ad ſuſcipiendam peſtem auferatur. Nam ſicuti ex his duobus Peſtis oritur, ex cauſa ſcilicet Agente, & patientis Diſpoſitione; ſimili modo Præſeruatio tota eſt poſita in amputatione cauſæ agentis, & ſublatione aptitudinis patientis; Quoniam denique maiori ex parte Diſpoſitio agentis inducitur à cauſis nonnaturalibus, Ideo potiſſimum ſtudium præſeruationis in eo collocandum, vt ſex illæ Cauſæ nonnaturales regulentur. *1. de diff. c.6.* *Præſeruationis ſumma eſt poſita in amputatione cauſæ agentis, & ſublatione aptitudinis patiētis.*

Inter Cauſas nonnaturales primo diligentia adhibenda ipſi Aeri, circa quem corrigendum ita debet Medicus verſari, vt Primo conſulat Aerem Peſtiferum vitare, fugere, & relinquere; Deinde corruptum alterare, & ad benignum reducere. Præmunito corpore ab aeris iniurijs, & Aere ipſo correcto, frænatoq; Corpus ipſum ab excrementorum illuuie vendicare oportet, ac præcauere, quominus ea congerere amplius poſſit, & omnino diſponere.

Quapropter, caueat ſibi qui euacuationem aliquam incurrere ſolitus eſt, ne vllo pacto retinere illam audeat, ſed ſi retinuerit, potius prouocare tentabit, Arte, ſi id aſſequi Natura non potuerit. Si quis enim Scabiem, Artheticam, aut aliquid ſimile incurrere ſoliquis ſit, mederi illis non debet, quando ſecurius eſt, & ſalubrius corruptum humorem exteriora potius, quàm interiora petere; Paucos enim peſtis tempore ex Artheticis mori compertum, autumarunt.

Galenus in peſtilenti conſtitutione, quæ ſuo tempore Græciam deuaſtauit, præſeruationis gratia, omni induſtria curabat, vt humidiora ſicca euaderent corpora, ſicca vero talia conſeruarentur. Præterea, quæ ſuperfluitatibus ſcatebant euacuanda præcipiebat, ne ſcilicet Calor naturalis à copia obrutus frequenti indigeret inſpiratione, & conſequenter pro ſui refrigerio multo aere, qui tunc temporis venenatus cum fuerit, pernicioſiſſimus exiſtit; quare Hippocrates de Aere infecto, ait, parum, aut nihil inſpirare oportet; Ideo errat quicumque fuerit, qui tempore peſtis plus iuſto ſe ſe exercet, nam vt infra videbimus, cogitur Aerem frequentem inſpirare, non in gratiam ventilationis, ſed vt cordis calorem de- *1. de diff. febr. c.4.* *Galeni prouidentia in præſeruando corpus à peſte.*

ſtrueret; non ad generationem ſpirituum, ſed in eorumdem deſtructionem.

Quare corporis, & cordis præſertim vires cuſtodiendæ non ſolum, ſed corroborandæ ſunt, cum naturaliter omne Venenum, & peſtis maximè (vt diximus) Cor petat, eius complexionem corrũpendo; Quod quomodo faciendum ſit ſtatim oſtendemus, Dum ſex rerum nonnaturalium regimen ſeruandum, declarauerimus.

Lib. de Aere, Aquis, & Locis.

Loc. cit.

Aeris malitia qua induſtria corrigatur tẽpore peſtis.

Tempore igitur peſtis Aer omnis putrefactioni paratus vitãdus eſt, ſicut eſt nebuloſus, & quem perflat Auſter, aut ſubſolanus, aut is, qui ab infecto per infectum pertranſit locum, & qui inter valles, cauernas, ſpeluncas, antraq. concluſus ventorum flatur, non ventilatur; Quoniam, Galeno teſte, ſuffocandi naturalem calorem vim habent, & præſertim ſi Peſtis à terra, terræq. naſcentibus cauſam ſumpſerit. Si vero ex aqua fugiendus eſt Aer conuallium, paludarum, ſtagnantium Aquarum, & planitierum, in quibus aquarum lacunæ congeruntur. At ſi ex Aere Putrefactio contigerit, montuoſus, altus, Cœloq. apertus fugiendus, & conuallium quærendus, & earum maximè, quas ſalubrium Arborum Vmbræ, occupauerint: Doctrina hæc eſt Galeni, vbi ait; *habitanda eſſe loca depreſſa, & terræ vicina*; Et Auicennas, *Aer bonæ ſubſtantiæ eſt, cui non admiſcetur, neque ex vaporibus, neque fumis res extranea, & eſt diſcopertus Cœlo, & non eſt inter parietes, & tecta conſtrictus*; Accedit Auerrhoes. *Quod ſi Aer corruptus ſit in ſubſtantia tota, habitãdus eſt in ſubterraneis locis, & cauernis, & loca alta vitanda*: Verum quoniam huiuſmodi Aerem quærere, neque omnes poſſent, & perdifficile etiam admodum foret, corrigendum Arte eius malitiam, & Hieme quidem cum Igne, vt diximus, facto ex lignis redolentibus, vt Lauro, Iunipero, Abiete, Pino, Cipreſſo, Lentiſco, Salcina, Palmitibus vitium, Aſſaro, & Rore marino, de quo Fumanellus. *Roſmarinus coronarius crematus totam domum à Peſte tutam reddit, eiuſque nidor improbam aeris diluit Peſtilentiam.* Idem facit Suffitus ex Lyſimachia, quæ à nonnullis Peſtifugium nuncupatur. Æſtate vero malo granato, Citonijs, Pruno, Salicibus, Mirto, & alijs huiuſmodi, exemplo Hippocratis, qui (vt narrat Galenus) ſtatuam meruit, in qua *Liberatori* inſculptum erat. *Laudo maximè admirandum Hippocratem*, hæc Galenus, *quod Peſtem illam, quæ ex Æthyopia in Græciam delapſa fuerit, non aliter curauit, quàm immutato aere, & alterato, ne amplius qualis erat reſpiraretur; Cum ergo iuſsiſſet per vniuerſam Vrbem Ignes accendi, non ſimplicis flammæ materiam habentes, ſed Corollas, & Flores, quàm flagrantis materiam odoris, Hæc conſuluit vſurpanda ad Ignem alendum, & ipſi etiam inſpergere Vnguenta quam maximè delibata, & ſuauem odorem habentia,*

Cur Hippocrati ſtatuã Græcia erexerit.

Lib. de theriaca ad Piſonẽ.

bentia,

bentia, vt hoc pacto purum iam redditum, permutantes Aerem reſpirarent.

Sed contra Arnaldus Villanouanus duobus rationibus probat, nequaquam Igne depurandum eſſe Aerem; Primo, quod Ignis Aerem calidiorem redderet, in Peſte nihil pernicioſius; Alia Ratio huius fuit, quod Ignis redderet corporum ſpiritus aeriores, & conſequenter magis expoſitos Peſti ſuſcipiendæ. *Probat Arnaldus igne Aerē non eſſe depurandum.*

Ad Arnaldum Reſponderi poterit, quod tametſi Ignis calefaciat Corpora, & Aerem; Verumtamen tantum eſt beneficium, quod faciet Aerem depurando, & corpora deſiccando, vt valde maius ſit, quàm noxa, quæ ex calore naſci poteſt. Sed hic modus loquendi ſolummodo Peſtem includit, minimè Febrem peſtilentialem, pro qua fortaſſe Arnaldi argumenta concluderent.

Confert inſuper Domo habitare lucida, munda, & ampla, non humida, odoribus referta; non putridis vaporibus infecta; Quapropter Herbis, Floribus, & Fructibus odoriferis ſternenda eſt, & ſæpe, multumq. fumigijs redolentibus fumiganda, & ſtorace præſertim, de qua Iſidorus. *Storax Aerem corruptum purgat, & peſtiferos vapores tollit.* Depurant etiam Aerem Irrorationes veluti ſi aſpergantur Cubilia Aceto, Aqua roſacea, Aqua Citrorum; Raſes aliud etiam commendauit, vt linteamina aceto roſaceo madefiant, ſic madefacta Parietibus appendantur. Acetum enim ſua vi exiccatoria depurat Aerem, & omni vitio inculpatum reddit. Adde his, quod (Plinio teſte) Venenis maximè reſiſtit, *Nuper ab Aſpide calcata percuſſus Vtrem aceti ferens, quoties depoſuiſſet, ſentiebat ictum, aliàs illæſo ſimilis, intellectum ibi remedium eſſe, potuq. ſuccurſum.* hæc Plinius. Idem dicitur de Ligno Aloes, Calamo aromatico, Gallia muſcata, Alipta muſcata, Nuce muſcata, & de compoſito ſuffumigio tali.

Laus ſtoracis ad aerem purgandum.

Lib. 4. ad Almanſ.

Acetum ad aerem rectificandum vnicum remediū.

Lib. poſtr. c. 22. Hiſtor. Plinij.

Recipe *Laudani, Vernicis,* *an. drac. j.*
Therebintinæ, Maſticis, Stiracis, *vnc. ſem.*
Carioph. Macis, Croci, Ziloaloes, Granæ tinct. *an. drac. j. ſem.*
Galliæ muſc. Aliptæ muſc. Nucis muſc. } *an. drac. ij.*
Cyperi, Aſſeri, Been albi, & rubr. Calam. arom. }

Suffumigium appoſitiſſimū ad aerem mūdificandum.

miſce omnia, & in paſtillum redigantur, cuius modica pars ſuper prunas poſita Aerem purgat, & ſalubrem reddit. Proderit etiam odorandum hoc Pomum ſecum gerere, & ſemper odorare.

Recipe *Laudani* *vnc. ſem.*
Stiracis Calam. *drac. ij.*
Maſticis *drac. ſem.*
Cariophilor., Nucis Muſc. } *an. ſcrop. j.*
Cinnamom. elect. Ziloaltes. }

Pomum odorādum tempore peſtis proponitur.

Muſci

Muſci in vino odorif. reſolut. gr. x. Compinge inſimul in Pomi figuram.

Faciem quoque, & manus abluere, ac emunctoria Hieme cum Vino odorifero, aut Aqua decoctionis Aromatum; Æſtate vero Aceto roſaceo, aut Aceto, & Aqua roſacea; Item, & Corpus abluere mirum in modum ab Epidemia præſeruat.

Veſtimenta fomites vt plurimum, & receptacula peſtis.

Veſtimentorum hoc tempore non minima cura gerenda, quia, vt alibi diximus, ſæpe veſtes ſunt fomites peſtis, ac inquinamentorum receptacula. Debent igitur veſtimenta ſæpe permutari, & mundari ab omni ſorditie, & ſudore; Mundis vero veſtimentis ſunt admiſcenda ea, quæ odore ſuaui grata ſunt naribus, videlicet, Flores Citri, Flores roſarum, Roris marini, Ieſminorum, Lignum Aloes, Caphura, Citra mala, & eiuſmodi; Nam, vt ſcriptum legitur apud Theophraſtum, Veteres in nullum alium vſum Citra mala reponebant, niſi vt commixta veſtimentis defenderent ea à Carie, à Putrefactione, & à Peſte.

4. De hiſt. plāt. cap. 4.

Veteres Citra mala reponebant ad hoc vt commixta veſtimentis ea à carie putrefactione, & peſte defenderent.

Confert vlterius Rubinum, Sapphyrū, Carbunculum, Hiacinthū, Granatumque auro alligatum ſecum portare; Quoniam (aſſerente Alberto) fugiendi aerem venenoſum vim habent. Et Conſtantinus. *Quicunque Hiacinthum, ſeu Granatum ſecum portauerit; proculdubio ſecurus euadet, quamuis ad locum peſtiferum peruenerit.* Hoc idem ex eodem Auctore præſtat Angelicæ barba. Et apud Perſas referunt in vſu habere Reges, lapidem Bezaar auro alligatam geſtare, in qua inſculpta fuerit figura Scorpionis; certos ſe à peſte, & morbo peſtilentiali liberatos iri.

In de Mineralib.

Laudes Hiacinti, & Granatæ.

Regum Perſarum vſus tempore peſtis.

Verum quia à nonnullis ſupradicta, & ſimilia medicamenta irridentur, vtpote phantaſtica, & à Ratione fabricata, nullum habentia fundamentum in re; Ne talia exiſtimentur auctoritate Galeni viſum eſt ea ſtabilire, & approbare. Galenus loquens de Pęonia habet. *Huiuſmodi remedia, quæ collo geſtantur eſſe vtilia, maximèque proficua, idque experientia manifeſtat Pueruli Epylepſia grauati; Hic ipſe à morbo ſe ſubtrahebat, quotieſcunque Pæoniam collo geſtabat, qua amota in eundem recidebat.* Nec ſine ratione factum fuiſſe hoc (ait Galenus) quando ex Pæonia, & ſimilibus partes ſubtiliores, in quibus medicamenti vis reſidet actuatæ à calore naturali eius, qui Pęoniam geſtat, exhalantur, & per inſpirationem intra corpus receptæ Cor, & Caput petere poſſunt, & morbis reſiſtere. Ex quo deducitur, haud eſſe ridiculum, tempore peſtis fragmentis pretioſis, Margaritis, & eiuſmodi ſi vtantur, cum non minus proficua ipſa ſint Cordi, quā Cerebro Pæonia; Certè periculoſum exiſtimo ſacculū, qui ſic deſcribitur ab Eurnio, & ſequacibus.

6. De medic. facult.

Hiſtoria Galeni.

Laudes radicis Pæoniæ.

Recipe

Recipe *Arſenici Criſtallini* *vnc. ij.*
Zedoariæ *drac. ij.*
Croci *ſcrop. j.*
Caphuræ *drac. ſem.*

Sacculus ex arſenico compoſitus gratia præſeruationis à peſte, periculo non vacat.

Cum Mucilagine gum mi Arabici in Aqua roſacea diſſoluti f. Paſtillus, qui cum exactè exaruit, ſindoni includatur, ac pectoti appendatur. Nec minus lethifer eſt ille, qui ex roſpo terreſtri componitur ob rationes à Maſſaria adductas, ab Eugenio, & alijs. Probatur tamen Amuletum argento viuo plenum à Ficino, & Schenchio propoſitum, collo & cordi appoſitum, maximè ſi peſti coniuncta fuerit febris peſtilentialis, calori cuius maximè reſiſtit Mercurium, ſi ſupradicto Auctori Fides præberi debeat aſſerenti. *Inter ea, quæ Amuleta dicuntur maximè probamus, ſi ex Auellana perforata interior Nucleus cum Acicula extrahatur, deinde Argento viuo repleatur; & ſuppendatur collo, mirum enim in modum nos tutos à peſte, & febre peſtilentiali reddit.*

Lib. 2. 9 lib. epiſt. 1. Probatur Amuletus argẽto viuo plenus, & corde appoſitum. Lib. 6. obſeru. medic. c. de peſte.

Adiuuat præterea in expirando, Reſpirandoque Aliquam ex medicinis Cor confortantibus in ore ſemper habere, Inter quas Citri corticem mirum in modum, Zedoariam, Roſmarinum, Saluiam, & Aromata alia infraſcribenda Auicennas laudat. Cæterum quoniam Sol Aerem rectificat (Galeno teſte) Domo prodeundum non eſſe, niſi iam orto Sole, & ante Occaſum reuertendum.

Quando ſit domo prodeundũ tempore peſtis.

Diuerſis vti crapulis in vna menſa moleſtum eſt, ex eorum enim diuerſitate putridi generantur Chymi, & id etiam quod ſerius, ac moleſtius digeritur, ſi ad digerendum facilem cibum præceſſerit non ſatis tutum; Quapropter in aſſumendis cibis certus ſeruandus eſt ordo; Atque Auicennas. *Debet etiam ſeruator ſanitatis eſſe ſollicitus, ne id quod ſubtile eſt, & cito digeritur poſtforte nutriens, quod ſit eo durius ſumat; quia ſuper illum natabit, non habens viam qua penetret, putrefiet ergo, & corrumpetur, & corrumpet illud, quod ei admiſcetur.* Quocirca alimenta porriges qualitate, & copia moderata, quæ nec calorem reddant acriorem, nec corpus immodicè humectent, ac præ nimio pondere reſpirare plurimum cogant. Denique curandum eſt, ne vires imminuantur, & vt ſenſim fiat alimenti, & vitæ mutatio; Alimenta quippe mediocris ſint ſubſtantiæ, ſiccæ potius, quam humidæ naturæ; verum ſi iure aliquo vſurus ſis, maxime illud parabis ex auibus conquaſſatis, cum Aceto elixis.

Melius eſt Simplicib. vti, quã multis, & varijs. Ordo ſeruãdus in aſſumendis cibis.

Proderit etiam bis die potius, quam ſemel cibum capere, dummodo hunc concoquat; nam qui nimium ſe replerit, crudumque ructat, ſe continere non negligat (Auctoritate Auerrois) cibum comedere non debet, niſi digeſtione celebrata; Ac veluti *nimia ſatietas numquam vtilis eſt, ſic etiam nimia abſtinentia inutilis; Tolerare*

Ne quid nimis omne nimium eſt natura inimicum.

enim

enim famem, ex Auicenna, *ſtomachum putridis eſt replere humoribus*.

Et hic Problemata tria explicanda proponũtur ad rem noſtram non prorſus inutilia. Primum, qui fiat, vt ieiunium valeat quandoque cardialgiam inducere, hoc eſt oris ventriculi morſum. Secundum, vnde eueniat, vt qui ieiunauerit vel in nocte non dormiat, vel turbulentè dormiat. Præterea, quæ cauſa ſit, vt in nocte frigeat quiſquis ille fuerit, qui ieiuno ventriculo lectum adiuerit cauſa capiendi ſomnum.

Satisfacit primo Problemati Hippocrates cum ait 4. de Morbis conſtituiſſe ventriculum ſagaciſſima natura in medio thoracis, vt tamquam eſcarum receptaculum, tamquam promptuarium referta culina, & theſaurus quidam indigentiæ tempore cæteris noſtri corporis partibus alimentum promptius, & commodius ſubminiſtrare valeret, hoc tamen pacto, vt vbi vacuus fuerit adinſtar cuiuſdam creditoris repetere à toto corpore debitum poſſet; qua ſententia conſtituta dico in ieiunautibus os ventriculi morderi, quia vacuus cum attrahat ab vniuerſo corpore, ſi bilem inueniat, trahit ad ſe ſe, tracta vero bilis, cum petat ſuperiora, os ventriculi dilacerat, & mordet, vnde Cardialgia.

Ad ſecundum reſponderi poterit, quod cum ſomnus ex communi omnium conſenſu fiat ex euaporatione alimentorum benignorum, & alimentum ſubtrahatur ieiunantibus; neceſſario concluditur dempta materia ſomni conſequi haud poſſe ſomnum, cum doceat Philoſophorum Princeps, poſita cauſa materiali, & efficienti, inde ſequi actionem. Dormiunt quandoque, ſed turbulentè Ieiunantes, & hoc euenit, quoniam cum calor naturalis non habeat in his pabulum proportionatum, vt diximus, cibum videlicet, ſe ſe excrementis applicat, ex quibus vapores eleuantur ad perturbandas ſpecies, ad inſomnia procreanda aptiſſimi.

Ad tertium Reſpondetur, ideo frigore affici Ieiunantes, quia cum calor naturalis non habeat cibum, ex quo recreetur, ſegnis cũ ſit, illuſtrare, & viuificare corpus admodum impotens eſt. Vel dicamus, quod cum ferè ſemper ſcateat Ventriculus cruditatibus, cũ calor naturalis non habeat cibum, cruditates ipſas actuat, & diſtribuit, quæ frigidæ cum ſint, frigidum corpus reddunt. Adde his, quod calori cibus ſubminiſtratur in gratiam humidi radicalis conſumpti, cum reſtaurari cibo corpus non poſſit, humido radicali depauperatum collabaſcit, & friget. Qua doctrina inſtructus Socrates, intactum à crudeli peſte Athenienſi, ſe præſeruauit; Hinc diuulgatum in ore omnium eſt, quod ab eodem ſcaturiuit Auctore, *Eſſe oportet, vt viuas, Viuere, non vt edas*. Et Hippocrates, *Cibi ſunt offerendi ea copia, quam Corpus, cui offeruntur, ſuperare valeat; Sic*

enim

enim neque morbus, neque contrarietas fiet, ex his, quæ offeruntur, vbi exceditur, contrarium fit. Et alibi. *Salubritatis tutela cibis non ſatiari, & non eſſe pigrum ad laborem.* Quod annuere etiam videtur Philo Iudæus ad Caium, cum ait. *Quandoquidem temperantiæ merces eſt robur, & ſanitatem non modo aluit exercitium, ſed morbum abegit, febri peſtilentiali annexum; Intemperantiæ vero Morbus, & Imbecillitas vicina mortis proxima.*

Nec ſolum copię incumbendum, verum & qualitati; Quare Cibi his temporibus relinquendi ſunt quicunque grauiter, & moleſtè digeruntur, & Oppilantes, & groſſi, & putreſcibilis nutrimenti, aut humidi valde, & calidi nimis, quorum multa, & ſimplicia, & compoſita tempore peſtis conuenientia recenſere poſſent, quę tamen conſulto, & ex propoſito ommitto, ne in longum noſtra protrahatur Oratio; tum etiam, quod ſolers Ingenium ſuaptè natura componere, & inueſtigare poterit: Breuibus pro loco, & tempore, Vnum vel alterum in medium proferam ad rem noſtram forſaſſe non inutilia.

Primum quod proponitur eſt, Inter cibos, qui corruptioni reſiſtunt, opportuniſſimam eſſe Pauonis carnem; Verum quia plus alimenti eſt in ea, quam in nulla alia carne, & conſequẽter; magis calori naturali reſiſtit, & de difficili coquitur, accomodatiſſima vidétur non ſimpliciter, ſed illis, qui robuſtum habent calorẽ, & quibus firmus Ventriculus ineſt; Alijs vero perincioſiſſima exiſtit. Prima pars huiuſce Axiomatis Aldrouandi teſtimonio fulcitur, qui lib. 3. Ornit. in Pauone aſtruit, ſe vidiſſe fruſtulum carnis Pauonis elixatum, illudq. à putredine ſeruatum immune ab anno 1592. vſque ad annum 1598. Aldrouandi ſententiam confirmat D. Auguſtinus cum ait. *Quis niſi Deus creator omnium dedit carni Pauonis mortui, ne putreſceret, quod cum auditu incredibile videretur, euenit, vt apud Carthaginem nobis cocta apponeretur hæc Auis, de cuius pectore pulparum quantum viſum eſt ſeruare iuſſimus, quod poſt dierum tantum ſpatium, quanto alia caro quæcumque cocta putreſceret, prolatum, atque oblatum nihil noſtrum offendit olfactum, Itemq. repoſitum eſt poſt dies amplius, quàm triginta; idem quod erat inuentum eſt, idemq. poſt annum, niſi quod aliquantulum corpulentiæ ſiccioris, & contractioris fuit.* Et Cardanus reddens rationem, cur incorruptibilis huiuſmodi caro conſeruetur, *Eſt in Pauone,* inquit, *Temperies frigida, ſiccaq. ob hoc exhauſto exiguo illo humido, quod ſupereſt, putredini reſiſtit; Nec vero hoc ſufficit, nam Sturnorum caro hoc etiam efficere deberet; Oportet igitur non ſolum talem eſſe, ſed & denſam, vt optimè concoctus humor pinguior putredini reſiſtat. Oportet igitur Carnem hanc Melancholicam, vt Græci dicunt; & denſam eſſe, & humidum pinguiſſimum*

Quibus caro pauonis conueniens ſit.

Caro Pauonis incorruptibil.

Lib. 21. de Ciuit. Dei c. 4. Hiſtoria ex D. Auguſtino.

Qui fiat, vt pauonis caro præ cęteris incorruptibilis ſit.

habere, Forſan qui noſtra non legerunt denſum Idem, & terreum eſſe exiſtimabant; at non ſic eſt, ſed denſum oſtendimus fore tenuium partiũ; Hæc Cardanus, qui item concludit cum Galeno, Pauonis carnem putredini reſiſtere; neque hoc peculiare habet, ſed ſtabile nutrimentum præſtat; quapropter difficilis eſt coctionis, Quod probare intendebamus in ſecunda parte Axiomati propoſiti; Quidquid de carne Pauonis diximus, dictum volumus de carne Ceruina, cum hac tamen differentia, quod caro Ceruina non tantum putredini reſiſtit, ſed à Febre, & à Venenis præſeruat. Hinc Plinius. *Febrium morbos non ſentit hoc Animal, quin & medetur huic timori; Quaſdam nos Principes fœminas ſcimus, omnibus diebus matutinis, carnem eam deguſtare ſolitas, longo æuo caruiſſe febribus, quod ita demum exiſtimãt ratum, ſi vulnere vno interierit.* Et quod à Veneno præſeruet teſtem habemus Cardanum de Venenis, inquiens, *Si quis carnibus eorum*, alludens Ceruibus, *veſcatur, tamquam Pſyllus, aut Marſus euadet, nec ſubijcietur periculo putrefacientium venenorum.* Quare indignus tanto munere exiſtimabitur profectò Princeps ille, qui temporibus his importunis eiuſmodi opportunis carnibus non veſcatur, dummodo eas concoquat. Cœterum ſi has concoquere non valuerint, recurſum quæſo habeant, tamquam ad ſacram Ancoram, ad carnẽ Viperinam, omnes ſupradictas facultates, & prærogatiuas habentem, quibus adde, quod facilis eſt coctionis, & ventriculum ſummoperè corroborat, vt infra videbimus.

3. de aliment. facul. cap. 19.

Caro pauonis putredini reſiſtit.

Caro Ceruina à febre, & à veneno præſeruat.

lib. 8. c. 32.

lib. 3. cap. 7.

De Potu loquens Galenus ad rem noſtram ait; *Plurimos ſuo periculo eſſe expertos, qui exiſtimarunt Vinis generoſis, & Polipheris ſe ſe propulſaturos eſſe Peſtem;* Imo ipſe obſeruaui Bibaces omnes è vita deceſſiſſe, qui febre peſtilentiali tenebantur; Quare, vt ſupra obiter notauimus Potus in febre peſtilentiali, & Peſte moderatiſſimi eſſe debent; neque nimis concupiſcendi, neque nimis pertimeſcendi; Sitis namq. Corpus accendit, taleq. corpus accenſum à veneno peſtifero calido potius afficitur. Larga potio vero Corpus humectat, illudq. Peſti diſponit, & maximè ſi in tempore importuno præpotandum offeratur, inde Ouidius

Temporibus medicina valet, data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Sit tamen Potus ex vinis maximè aquoſis, quæ antiquitus magnæ Theriacæ aſſimilabantur. Hinc Iſac, *Antiqui aſſimilauere Vinum Theriacæ magnæ naturæ, quia compererunt, eam duarum contrariarum rerum eſſe iuuatiuam; vnde Vinum etiam ſimiliter repererunt eſſe duorum proficuum; (calefacit enim frigida, & infrigidat calida, humectat ſicca, & extenuat humida; Eius tamen calefactio, & exiccatio eſt naturaliter; Humectatio, & Infrigidatio accidentaliter, quia cum ſubtilitate,*

lib. de dieta part.

Cur antiqui Vinũ theriacæ aſſimilarent.

litate, & perforatione portat Aquam ad membra, quæ neceſſe eſt refrigerari, & humectari. Non ſine quare Nicander, Ingraſſia, Pariſius, & Ficinus ad Peſtem fugandam vnicum proponunt remediũ, Vinum videlicet, & maximè ſi in eo pluries extinctum ſit Aurum ignitum. Regiſtratum legitur apud Plutarcum, in exercitu Cæſaris quondam ortam fuiſſe crudelem Peſtem, quam largis compotationibus curarunt, *Vbi vero,* ait Plutarcus, *cepit Gomphos Theſſaliæ Ciuitatem, cum incidiſſent in magnam Vini copiam, & biberent largiſſimè, deinde ſe ſe uoluptariæ uitæ dantes, & debaccantes in uia præ ebrietate propulſarunt, & abigerunt morbum in habitum diuerſum corporibus mutatis;* Sed hic loquitur Plutarcus de peſte ex prauis, & crudis cibis excitata, cui maximè confert Vinum ob rationes aſſignatas. *Vinum ad peſtem fugandũ vnicum remedium.* *Hiſtoria Plutarchi.*

Mente exciderat, Piſces ab omnibus ferè damnatos fuiſſe, eo quod ſua humiditate peſtis fomites augeant; ſed mea ſententia non omnes ſunt damnandi. Piſces littorales, & ſaxatiles, vt Tructæ, Gladius, Salmo, Mullus barbatus, Scorfanus, Acipenſer vulgo Porcelletta, & eiuſmodi multum abeſt, vt ego damnem, quin potius iuuent; ſi optimè coquantur, & condiantur. Incendium enim internum remittunt, & præſertim quotieſcumq; Febris ferbuerit peſtilens, poſſunt tamen condiri Aceto, ſucco granatorum, ſucco limonum, vel aranciorum, & berberis. *Piſces, qui eligendi tempore peſtis.*

Sed inter cæteros Acipenſer apud Romanos tantum valuit, vt nemo ex ſeruis eam menſis apponere audebat, ſi prius coronatus non fuerit. Macrobius in laudem huius Piſcis multa refert digna, quæ regiſtrentur. *Cum ad Linternum eſſet Scipio, undq. Pontius, Allatus eſt forte Scipioni Acipenſer, cumq. Scipio Vnum, & Alterum ex ijs, qui eum ſalutatum uenerant inuitaſſet, pluresq. etiam inuitaturus uideretur, in aurem Pontius, Scipio,* inquit, *uide quid agas, Acipenſer iſte paucorum hominum eſt.* Hæc Macrobius, & Cicero, *Si quem tuorum,* ait, *affectum mœrore uideris, huic Acipenſerem potius, quam aliquem Socraticum libellum dabis.* Cuius piſcis etiam Martialis mentionem fecit, hoc verſiculo: *Acipenſeris laudes.* *Lib. 3. Saturn.* *1. Tuſculan.*

Ad Palatinas Acipenſere mittito menſas.

Non defuerunt ex Scriptoribus, qui atteſtati ſint, Acipenſeres non quouis modo apponi menſis, ſed vt diximus coronabantur ſerui, qui eos apponebant, nonniſi præcedentibus melodijs, ex Tibicinibus, Tubis, Flautis, & ſimilibus inſtrumentis muſicis, & hæc quo ad cibum, & Potum ſatis ſint dicta.

Somnus, & Vigilia utraque ſi modum exceſſerint malum, teſte Hippocrate; Atque Vigiliæ plurimæ calorem hebetant, ſpiritus conſumunt, & cruditatibus occaſionem præbent, & ex cruditatibus, vt *In aphoriſm.*

Cruditas Ibias omnium malorum.
35. part. probl. probl. 23.
Ex immoderato ſomno, quæ mala proueniant, quæ ex immoderata vigilia.

notat Ariſtoteles Ibias omnium malorum. Somnus quoque nimius torporem gignit, Humiditates, & Excrementa producit; Ideo qui plus dormiunt fiunt non modo decolorati, & rauci, ſed etiam impotentes ad reſiſtendum aeris iniurijs; Hinc ipſemet Auctor ad rē noſtram Motus, Cibus, Somnus, Venus omnia mediocriter. Si qua tamen intemperantia ſubeſt, tutior erit in Vigilia; Siquidem ſomnus corpus hebetat; Vigilia firmat, & exiccat (loquimur de ſomno naturali, & nocturno) nam diurnus, (ſi Auicennæ fides danda eſt) perniciosiſſimus exiſtit, cum ait. *Dormire in die generat ægritudines humectantes, & Rheumatiſmos, & corrumpit colorem, & grauat ſplenem, & laxat neruos, & efficit pigritiam, & debilitat deſiderium, & generat Apoſtemata, & Febres frequenter*: hinc Schola Salernitana

Fuge ſomnum meridianum.

Non eſt immutanda conſuetudo etiãſi aliquid prauitatis habeat.
Lib. 3. cap. 16.
Cur ſenib. cõceſſum ſit dormire quocumque tempore.
Probl. 25.

Verum quoniam *Conſuetudo eſt altera natura*, quæ non eſt immutāda, etiamſi aliquid prauitatis habeat. Ex Celſo. Aſſueti in die dormire parumper dormiant, & eo magis ſi noctem præcedentem inſomnem, ob aliquam occaſionem tranſigerit, vel ſenex ſit, qui dormiturus eſt. Nam Galenus Homeri teſtimonio, & Neſtoris exemplo, laudat in ætate ſenili ſomnum, quocumque tempore; adducens hos verſus.

Vt lauit, ſumpſitq. cibum, dat membra ſopori,
Namque hæc iuſta ſeni.

Cur dormientes homines à fulminib. facillimè lædantur.
Quo temporis ſpatio debet diſtare ſomnus à cibo.

Caſſius Medicus de Somno, & Vigilia verba faciens, *qui dormiunt à Lunæ radijs*, ait, *magis læduntur, quàm qui uigilant ſub ipſa*; & huius cauſam reddens, non alia ratione, niſi quia corpora ſunt magis obſtipata, & debiliora, & ratione debilitatis magis expoſita ad aeris iniurias; Quæ eſt Ratio etiam, Cur homines dormientes à fulminibus lædantur facillimè. Diſtet tamen ſomnus à cibo duabus horis, ne eo adhuc in Ventriculo natante propter inundationē corrumpatur. Simili modo cauendum eſt, ne ieiuno ſtomacho & iam enutriente inanito dormire quis audeat, aut ſub Diu, aut in loco concluſo, quem non perflat Aura, humido, male, ac grauiter olente, iaceatq. non reſupinus; atque continuo iuxta nares rem boni odoris, aut aromaticam habeat.

3. pr. doctr. 5. cap. 1.
Minimè laborandum in peſte, & quare.

Eſt ſententia præclariſſima Auicennæ hoc tempore enitendum eſſe, vt fugiatur neceſſitas attrahendi Aeris, quod quidem fit quiete, & otio; experientia compertum eſt, eos fuiſſe labe peſtifera ſemper tentatos, qui immodicè laborarunt; Multi fuerunt, qui propter nimias exercitationes Carbonibus, Bubonibus, & Febribus capti ſint; Multos etiam ſcio ſic extinctos eſſe; Quare tutius eſt quieſcere, quàm fortiter ſe exercere; Siquidem labor Anhelitum frequentem facit, & corruptum aerem inſpirare frequentius cogit,

nimiumq.

nimiumq. Corpus deſiccat; laudatur tamen moderatus motus, cõmouet enim naturalem calorem, & virtutes excitat, ſuperfluitateſq. omnes conſumit, & eo maximè ſi iam celebrata fiat digeſtione, Ac veluti nimius labor moleſtus eſſet, ita & Quies, & Otium; quia Corpus humectat, & hebetat, iuxta illud Celſi. *Motus moderatus viuificat ſpiritus, reſoluit immoderatus: Otium vero tabefacit.* Et Hippocrates, *Homo enim comedens, & non laborans ſanus eſſe non poteſt, ſegnities, & otium humectant corpus, & debile faciunt; Anima enim quieſcens humiditates in corpore non conſumit: Labor, qui citra faticationem ſit, ſiccat, & robuſtum facit.* Hic ipſemet Auctor, *Vt ſomnus viſceribus, ita labor articulis, & carnibus cibus eſt.*

Motus viuificat, otium tabefacit.

Lib. 1. & 2. de Dieta.

6. Epidem. 5.

Fricationes Præterea fortes, Balnea, Thermæ, Lotiones, & quæcunque corporis poros aperiunt, humectant, & relaxant tempore peſtis ſunt interdicenda, Narrat Iacobus de Partibus, ſe ſe in ea peſte, quæ ſuo tempore accidit, curaſſe, vt omnia Balnea, & Laconica prohiberentur, ac propterea à Balneatoribus, ſibi fuiſſe magnopere maledictum, Imo etiam nonnulli dixerunt, Pedum, capitiſq; lotiones multum nocere, licet leuis frictio vituperanda non ſit. Quod ſi in vſu habeatur ad abluendas ſordes in hoc caſu, præſertim ſi febres peſtilentiales euagauerint, commiſceantur aquis ſemper odorata, vt ſunt Roſæ, Violæ, Pimpinella, Scordium, Meliſſa, Flores boraginis, folia ſalicis, lignum aloes, & huiuſmodi alia, quæ odorata quidem ſunt, ſed non admodum calida; Quapropter fugienda ſunt Ambra, Moſcus, Gibettus, quæ licet grata ſint hoc tempore, tamen nimis acria ſunt, quàm conueniant. Sed fortaſſe aliquis quærat hoc loco; *An malum ſit his temporibus Corpora rarefacere, & aperire:* Nam Galen. commendat, vt hiſce temporibus corpora aperta conſeruentur, imo addit, ſe hoc facere conſueuiſſe: Non igitur videtur abſonum eſſe, vt corpora fiant rara, & laxa, quemadmodum Auic. damnaſſe videtur. Sollicitos habuit hæc Quæſtio multos Interpretes; Breuibus, vt Res in claro ponatur, dicamus, duorum generum eſſe oppilationes, quemadmodum clariſſimè habetur apud Galenum; Alias. ſ. Internas, Alias externas. Tempore peſtis Oppilationes internæ sũt omnino tollendæ, & prouidendum, vt intus Corpus vniuerſum apertum ſit, quod intellexit Galen. Secus autem de externis; nam eo tempore non ſunt corpora exterius aperienda, quia facilius Aer infectus ingreditur, & hoc exiſtimo intellexiſſe Auic. & de Motu, & Quiete hæc ſufficiant.

Balnea tẽpore peſtis interdicenda, & cur. Hiſtoria.

Quo apparatu & quo tempore laudantur Balnea.

Cit. 1. de diff. febr. cap. 4.

Nam corpora tempore peſtis ſint rarefaciẽda, & aperienda.

5. ſimpl. c. 12.

Loc. cit.

Animi inſuper Accidentia, ſicut *Ira, Furor, Sollicitudo, Anguſtia, Timor, Triſtitia, & ſimilia*, pro viribus fugienda; exiccant enim Oſſa, Gal. præceptore, exterminant, & mutant corpora; Cuius etiam opinionis

Spiritus triſtis exiccat oſſa.

17. Prouerb. opinionis fuit Salomon, cum inquit. *Sicut Tinea ueſtimento, & Vermis ligno, Ita Triſtitia Viri nocet cordi, quapropter multos occidit Triſtitia, & non eſt Vtilitas in illa*; abijcienda eſt ergo Sollicitudo omnis, & memoria præſertim eorum, qui peſte deceſſerunt; neque de morte timendum, niſi in ordine ad Animæ ſalutem; Nec ſatis eſt, alienum eſſe à triſtitia, ſed omni ingenio quærenda eſt Lætitia, & Gaudium: Refert namque Thucidides, & Lucretius, in ea peſte Athenienſium; eos magis periclitatos eſſe, qui timebant; quando Timor valde animos, & vires hominis frangat; Econtra, qui animos generoſos habebãt, & ſtrenuò ſe gerebant facilius euadebant; Læto ergo Animo viuendum, cum nihil aliud Pauſanias, & Plutarcus voluerunt inferre, quando ſcripſerunt; *Thaletem Cretenſem ferunt, ex quodam Pythij oraculo à Lacedemonijs accerſitum muſica ſanaſſe, & liberaſse ab ingruente peſte Spartam*; Et Homerus

Hiſt. Thucid.

In 1. Attica in lib. de muſica.

> *Atq; die tota placabant numina cantu,*
> *Formoſum pæana canens Argiua Iuuentus*
> *Laudibus attollens Phæbum, qui mente triumphat,*
> *His procul auditis.*

Muſica multos morbos ſanat. Imo Atheneus teſtis eſt, Antiquos multos morbos perſanaſſe, eosq. grauiſſimos ſola muſica, à quo non diſſidẽt Aſclepiades, & Iacobus Fontana, his verbis. *Sunt, qui muſica armonia placantur, quod experti fuimus in nobiliſſimo Domino della Verdiere, qui cum ſeuiſſima, & lethali phrænitide cruciaretur ſuauiſsimo concentu ita afficiebatur, vt phrænitide priuatus videretur; Ea vero Armonia deficiente, rurſus in priſtinum furorem agebatur.*

lib. 1, cap. 14. Phrænitis muſica curatur.

Concubitus tẽpore peſtis penitus interdicendus. Concubitus fugiendus eſt penitus; tum quia corpora ſordida reddit; tum quia vires maximè deijcit; tum tandem quia calorem quendam putrefactiuum inducit ex conſuetudine mulierum, & ex communitate lecti; nam habetis apud Ariſtotelem, Veteres tempore belli vetaſſe, ne Mẽtha ſereretur, eo quia Homines è mentha excitati ad libidinem languidiores redduntur, quàm vt expediat tempore belli; ſic tempore peſtis vitandus eſt Concubitus, quia corpora languida facit; præſertim ſi æſtate, & Autũno exerceatur, & maximè Interdiu, adhuc indigeſto cibo; pro quo Celſus. *Neq; æſtate, neq; Autumno vtilis Venus eſt, tolerabilior per Autumnum, in æſtate vero in totum, ſi fieri poteſt, abſtinendum: item interdiu peior eſt noctu, tutior tamen ſi neque illã cibus, neque hũc cũ uigilia labor ſtatim ſequatur.*

Quoad Inanitionem, & Repletionem; qui peſtem fugere deſiderant, ad tria reſpiciant; primum eſt corporis mundificationem: Secundum eiuſdem Alterationem: Tertium ipſius quoq; præſeruationem: Verum excrementis vacuum, vt reddatur Corpus, quod maximè neceſſarium eſt in peſtis præſeruatione, Duo ſunt à Medi-

cis

cis conſideranda; Vnum eſt, Corpus excrementoſum, ſit Cachochimum, aut Pletoricum. Vbi peſtis inchoat, ſi corpus ſit Cachochimum, ante alia prouidendum eſt, vt purgato corpore reddatur excrementis vacuum: Nam dicebat Galenus, in ea peſte, eos omnes euaſiſſe, qui ante fuerant optimè purgati; Itaque ſi Corpus fuerit bilioſum, erit Bilis expurganda; Si Melancholicum, Melancholia; & ſic de ſingulis. Quod ſi Corpus fuerit Pletoricum, neceſſarium eſt ad præſeruationem, vt Plethora illa auferatur iuxta dictum eiuſdem Galeni inquientis. *Si ſanguis ſuperàbundat hunc oportet euacuare, Flaua autem bile, vel atra, vel Phlegmate infeſtante, abſtinendum eſt à ſanguine, & Humorem infeſtantem euacuandum.* Atque hic eſt præcipuus modus reddendi corpus excrementis vacuum, quem non improbat Paulus cum ait. *Aſſueti ſanguinem minuere, minuant; Inſueti ſi expedit aſſueſcant; quod ſi ſanguis minuendus non eſſet, Pharmaco accomodato ventrem ſoluant, & præſertim Vere, & Autumno.* Fuerũt aliqui inter quos Mercatus, & Heurnius, qui exiſtimarunt, tempore peſtis optimum eſſe, ſi fiant in corpore Cauteria, eo quia per Cauteria expurgantur Corpora, excrementis redduntur vacua, ita vt minus apta ſint Peſti ſuſcipiendæ. Et Maſſaria. *Accurata obſeruatione compertum eſt non ſolum apud nos, ſed etiam apud Venetos, vt audio, Patauinos, & Alios ex infinitis peſtilentia ſublatis, aut nullos, aut certè Paucos obijſſe, quibus alicubi Cauteria inuſta eſſet;* Quorum Conſilium nec Ipſe improbo; verum in eo cautè eſt procedendũ; nam vt Meſues docet, continuata ſoluẽtia membrum corrumpunt, Mineras, Corpuſq; inueterant.

Corpore exiſtẽte cacochimo quid tempore peſtis ſit faciendum.

5. meth. cap. 2

Quod ſi fuerit pletoricum.

De ſang. miſſ.

Hiſt. Maſſar.

Cauteria maximè idonea pro peſte, & quare.

Ad auertendam Peſtem ſunt rurſus, & medicamenta, quæ diſponunt corpus ad reſiſtendum peſtis iniurijs, ad choleræ, aut ſanguinis acuitatem remittendam, corporiſq. complexionem contra peſtis cauſam mutandam: Et præſeruant tam ſimplicia, quã compoſita; Sed inter ſimplicia præcipuè laudatur Bolus Armenus, de quo Galenus, *Habemus experimento, quod Bolus armenus confert mirabiliter Epidemiæ, cum datur in potu cum vino ſubtili; & numquam vidi aliquem aſſumentem ipſum, qui non liberaretur ab ea, auxilio Dei, & potentia eius:* Idem dixerunt de Terra ſigillata Sleſiana præſertim, de Tormentilla, ſi ex ea diebus ſingulis bibatur dracmæ medietas cum vino odorifero; Firmatam hanc doctrinam leges apud Auicennam, inquientem, *Plures iam ſanati ſunt à Peſtilentia magna, propter aſſuetudinem bibendi bolum armenum, & ſumitur ad quantitatem dimidiæ, vel integræ dracmæ cum vino ſubtili.* Et tamdẽ varij varia proponunt, & vnuſquiſque ſuum habet peculiare remedium; ſunt, qui laudant puluerem radicis bettonicæ; aliqui ſemina Citri; nonnulli Radicem Myrrhidis; Galenus Radicem Gentianæ,

Boli armeni virtus.

lib. ſimplic. c. de bolo arm.

Radicis Gentianæ efficacia

Gentianæ, de qua *Radix Gentianæ herbæ admodum efficax eſt, cum opus eſt extenuatione, purgatione, abſterſione, obſtructionis liberatione, nec mirum, ſi hæc poſſit, cum impensè amara ſit.* Paulus Rufi pilulas, cum ait, *Rufum fuiſſe teſtatum, ſe neminem cognouiſſe, qui hoc adhibito pharmaco à peſte non eſſet immunis, ad fabæ magnitudinem eas offerebat, à quibus vini generoſi vncias tres.* Citatus item Galenus Allium proponit appellans illud agreſtium Theriacam, ſed mihi certè tale medicamentum non probatur, quandoquidem hoc genus cibi, & æſtuoſos humores gignit, & tetro illo ſuo odore Animum, corpuſq. valdè conturbat, vt non immerito dixerit Horatius Poeta

Rufi pilulæ à Paulo celebrãtur.

Allij vſum improbatur ab Auctore.

Cicutis Allium nocentius.

lib. 6. cap. 4. Carduus benedictus in pretio eſt apud Theophraſtũ.

Et tamdem Theophraſtus de Carduo benedicto verba faciẽs. *Percuſſis à feris venenoſis offeratur, negat etiam,* ait, *Peſtis experiri cõtagia, qui aut cum cibo, vel potu præſumpſerit: Iam quoque correptis magno fore remedio vulgus ſibi perſuaſit.*

Carnis viperinæ encomia.

Verum enimuero reſpectu viperinæ carnis ſupradicta nullius pretij ſunt. Atque conciliat appetitum viperæ caro, viuificat ſpiritus, humidum Radicale ex æquo reſtaurat, firmat cor, multiplicat ſemen, Febribus omnibus, & præſertim malignis, & contagioſis reſiſtit, lepram fugat, à peſte ipſa præſeruat; Quid plura? ſi vera fatentur Claſſici, qui de admirabilibus viperæ operibus ex profeſſo tractant, ſi experientiæ fides danda ſit, ſenes repueraſcere facit. Eiuſdem ponderis, & efficaciæ eſt Cor eiuſdem viperæ, ſi ſumatur ad menſuram trium granorum cum vino albo, vel quouis alio liquore. Si cognoſcerent Magnates virtutem viperinæ carnis, ſi Reges, & Pontifices huiuſdem medicinæ cibalis facultatem, efficaciam, & prærogatiuas ſemel experirentur, profecto non alio cibo nutrirentur, non tam vili pretio mercaretur vipera; qua quidẽ nutriri poſſent etiam Pulli, quouſque viperati fuerint (quod cognoſces ex caſu plumarum) ad finem, & tu eis nutriaris, caſu, in quem abhorrueris viperas ipſas, quo etiam in caſu ſubſtitui poterit Puluis tali modo apparandus.

Eiuſdem ponderis, & efficacia eſt cor eiuſdem viperæ.

Modus apparãdi puluerem viperinum.

Recipe, *Viperarum numero 30. demptis capite, & cauda, denuda, & exentera eas, per ſpatium deinde horæ dimidiatæ, interioribus etiam proiectis, ſaluis cordibus, infunde illas in moderata quantitate vini aromatici, quas panno lino poſtmodum diligentiſſimè abſterges, & in capſula lignea, in cuius medio adſit Craticula ordinatim extende, ſubtus vero dictam craticulam Vaſculum imponatur, & in vaſculo cineres ignitæ ad ſuffumiganda dicta Animalia terq. quaterq. ſingulis diebus, infraſcribendo ſuffumigio, per ſpatium quinque dierum, quo tempore exiccari ſolent: Diſtet tamen ignis à Viperis tripalmari diſtantia. Quo facto im-*

ponendæ ſunt dictæ Viperæ in furno ſupra tabulam bene leuigatam, & expolitam, ſtatim ac ex eo panis extractus fuerit, ubi per quartam horæ partem detineãtur, adhoc ut benè exiccentur, non tamen adurantur; Poſtquam fuerint exiccatæ, in mortario lapideo piſtentur, & per ſetam extrahantur. Doſis ad drachmam unam cum uncijs duabus Vini albi aromatici per horam ante prandium in præſeruatione à Peſte præſertim, & tempore neceſſitatis ad libitum Medici aſsiſtentis.

Suffumigium ad exiccandas viperas.

Recipe *Baccarum Lauri, vnc. ij.*
Baccarum Iuniperi, lib. ſem.
Mirrhæ elect. vnc. j.
Caryophylorum, vnc. ſem.
Semin. Alchermes, drac. ij.
Charabis, drac. j. ſem.
Belzoi, vnc. ſem.

Quo quidem ſuffumigio ſi tempore peſtis ad ſuffumigandam domum eo vtaris, non ſine tui maximo beneficio id facies.

Inter compoſitas vero Medicinas præ cæteris etiam Theriacam laudauerunt; nam ſua mirabili, & occulta proprietate corpora à veneno præſeruat, & iam venenata recuperat, de qua Galenus, *Quidam medicus ſapiens retulit mihi, quod in terris Antiochiæ morbo quodam peſtilentiali apparente, cui cum medicinæ debiles omnes inuenirentur, iuſſit Hominibus regionis illius ſumere Theriacam, & quicumque eam aſſumpſerunt eius beneficio à morbo ſunt liberati, & mortui ſunt, qui eam non receperunt; Et qui nondum morbo erat occupatus, & ipſam aſſumpſit, ab eo præſeruatus eſt; & non eſt mirum, quia Medicina iſta eſt contraria omnibus venenis, in gratiam Viperæ.* Et Auicennas in de viribus cordis. *Theriaca ſecurum efficit vtentem ſe ab occurſu peſtilentium febrium, & ſumitur ex ea frigidis temporibus, circiter dracmam vnam vſque ad duas; calidis vero à media vſque ad vnam; Et licet calida ab omnibus exiſtimetur, tamen ſic modeſtè ſumpta nullum afferre poſſe nocumentum eſt experimento compertum:* Verumtamen ægrotante cholerico, & æſtate calidiſſima exiſtente, febreq. feruenti, eius dimiſſio tutior eſt, & in locum eius ſubſtitui poterit viperina caro in puluerem, vt ſupra accommodata; Quare toto aberrat Cœlo magnus Auerrhoes (ſit pace ſua dictum) quotieſcumque probare nititur contra Galenum, & Auicennam, Theriacam haud quicquid valere in præſeruatione à Peſte; quando Græci omnes, & Arabes vno ore fatentur, tempore peſtis tamquam ad ſacram ancoram, ad Theriacam recurrendum, quæ non ſolum intrinſecus aſſumpta potentiſſima eſt, ſed etiam extrinſecus adminiſtrata, eo quod potens ſit debellare venenum, quadam

Theriaca & ipſa fugat lethale peſtis venenum.

In lib. de Theriaca ad Ceſarem.

Hiſtoria Gal.

Cautela in aſſumenda Theriaca.

Auerrh. taxatur.

lib. de Theriaca cap. 2. & 3.

proprietate illa ſua ; & quia Calorem natiuum ſatis validum reddit.

Secunda medicina, & ab omnibus comprobata eſt, quam deſcripſit Rufus, & Almanſorius his verbis. *Si ſumantur duæ partes Aloes, Mirrhæ, & Croci an. partem vnam, & dentur ex eis in principio mortalitatis, vſque ad pondus duodecim granorum cum vncia vna Vini maximam affert vtilitatem.* Et infra, ſe vidiſſe neminem teſtatur hac medicina vtentem, quià peſte non euaſerit. Quod confirmare videtur Auerrhoes inquiens. *Et dicitur, quod ex Aloe duas partes, Croci, & Mirrhæ partem vnam, de quo ſumatur omni die pondus duodecim granorum cum vncia vna vini multum iuuat, & non eſt inuentus adhuc Aliquis, qui hac medicina ſit vſus, qui à peſtilentia non ſeruaretur.* Hoc idem etiam, & quicunque Rufum ſequuti ſunt, fatentur, non ſolum; ſed experimento compertum aſſerunt; & licet hac medicina in forma pulueris vterentur, hodie tamen in pilularum forma ob aſſumentium commoditatem magis vtimur; & ſi bene ſimplicia compoſitum iſtud ingredientia ponderentur, mirabilem eius effectum non admirabimur. *Aloes* enim ſuperfluitates omnes corruptas educit; *Mirrha*, & *Aloes* à corruptione præſeruãt, *Crocus* vires cordis lætificando corroborat; *Vinum* autem horum virtutem ad omnia membra delegat: Quare concludo, nullum adhuc remedium ita efficax compertum eſſe, cum viua non ſolum, ſed mortuorum Cadauera à putrefactione tueatur.

Modus apparandi Rufi Pilulas ab omnibus celebratas.

6. Colliget.

Verum, quia eius vſus cholericis, & æſtate præſertim ob eius caliditatem moleſtus eſſet, contemperanda Potio ſic eſt, maximè ſi Febris vrſerit.

Æſtatis tēpore, quomodo Rufi pilulæ modificari debeant.

Recipe *Croci, Mirrhæ, Boli arm.*
Corallorum rubeorum, Charabæ, } *an. drac.j.*
Fragmentorum pretioſorum,
Et Margarit. præparat. } *an. drac. ſem.*
Aloes Hepaticæ drac.j. ſem.

Malaxentur cum vino, & f. Pilulæ, quarum Dracmam vnam ſumat Patiens ante alios cibos per ſpatium vnius horæ.

Tertia medicina eſt Electuarium de Mirobalanis tale.

Recipe Mirabulanorum omnium vncias tres, redigantur in puluerem, & cum oleo Amigd. dulcium malaxentur, & ponantur ad Solem diebus quatuor, addendo oleum, ſi expedit, deinde cum Iulep roſaceo fac Electuarium, cuius mirabilem virtutem contra Epidemiam prædicarunt Veteres.

Electuariũ de Mirabulanis ad eundẽ vſũ optimum.

Quarta medicina eſt ſequens Trochiſcus.

Recipe

Recipe *Mirabalanorum Emblicorum,*
Charabæ, Stecados,
Semin. Citri mundi, Spodij,
Corallorum rubeorum, Limaturæ Eboris, } *an. drac. ſem.*
Margarit. præpar. Ambræ,
Fragmentorum pretioſ., Contrahierbæ, } *an. ſcrop. ij.*
Terræ ſigillatæ, Boli ar. Orient. an. drac. j.
Caphur. Criſtall. & Cinnam. an. ſcrop. iij.
Lapidis Bezar. gr. xx.

Trochiſcus, qui item peſti, & febri peſtilentiali reſiſtit.

Caphura cum Cinnamomo piſtentur ſeorſum, ſed cætera inſimul, & componantur Trochiſci vnius dracmæ æſtate cum miua Citoniorum; hieme vero cum vino decoctionis Zedoariæ, & ſingulo mane vnus cum vino traijciatur.

Trochiſcus alius conferens Senibus, & Phlegmaticis.

Recipe *Xiloaloes, Nardi, Maſtices,*
Galliæ muſc. Cardamomi, Cinnam. Croci, } *an. partem vnam*
Trochiſcorum tyri, partes duas.

Componantur cum vino opt. & detur dracma vna ſingulis vicibus.

Infinita ſcripta hic infra legenda proponũtur efficaciſſima illa quidē, quibus tempore neceſſitatis ad libitum vti poteris.

Alius Iuuenibus, & Cholericis æſtiuo tempore competens.

Recipe *Spodij, Limaturæ eboris, Criſtalli an. drac. j.*
Margarit. præparat. drac. ij.
Roſarum rubearum, Mirtillorum,
Santal. Citrin. Charab. Boli arm. } *an. drac. j. ſem.*
Radic. Tormentillæ, Contrahierbæ, an. drac. ſem.
Lapidis Bezoar puluer. ſcrop. j.
Terræ ſigill. Bol. armen. or. an. ſcrop. iij.
Semin. Cyani, & Ancuſæ an. ſcrop. ij.
Croci fila xx.

Pulverizanda pulverizentur, & cum ſucco Mali Citri, & Iulep gemmato conficiantur Trochiſci, quorum ſumat drac. j. cum Vino, vt ſupra.

Confert inſuper Elect. de gemmis deſcriptum à Meſue, Electuarium Letitiæ Almanſoris, Lætificans Raſis, Dyamuſcum, Dyābra, Confectio Alchermes, Confectio Hyacinthi ſine Muſco, Centaurium Antidotum Galeni, Eſdræ Antidotum, Elect. de Vitellis ouorum, Athanaſia, Dyaſcineum, Hippocratis Antidotum, quo mirabilia operabatur Athenis tempore peſtilentiæ; Theriacalis compoſitio regiſtrata in porticu tempore Euſclulapij, qua vtebatur Antiocus Rex (Plinio teſte) lib. 20. cap. vltimo, & alia penè infinita deſcripta ab Aetio, Paulo, Auicenna, & Galeno. Quibus annecti etiam poteſt Deliquium Mali Citri, quod ita componitur.

Recipe Vas vitreum mnudum ab immunditijs, in quo impoſita ſint muſci gr. 6. Ambræ gr. 8. Iuleppi gemmati drac. ſem. Occludatur Vas à Malo Citro in tenues aſſulas reciſo, & ſupra eaſdē aſſulas imponatur Saccari fini puluer. moderata quantitas, deinde per tres dies talis mixtura in cella vinaria, vel loco ſimili detineatur ad hoc, vt Saccarum per Malum Citrum traiectum, ſtillatumque commiſceri poſſit ad vſum, cuius doſis ſit drac. ſem.

Hoc idem præſtat Margaritarum Magiſterium, ſpiritus Vitrioli, Aqua Scorzoneræ, in qua infuſus ſit Lapis Spinoſi ſuis, Aurum potabile, & Electuarium maius contra peſtem deſcriptum à Quercetano, quo paſſim vſus eſt Bononiæ Pharmacopola ad ſignum Melo peponis cum maxima ægrotantium vtilitate, ſed certè haud inferioris efficaciæ eſt, quod deſcribitur.

Recipe *Theriac. opt. vnc. iiij.*
Radic. Tormentill.
Semin. Iuniperi,
Et Card. bened. an. drac. j. ſem.
Bol. ar. prep. vnc. ſem.
Pulu. elect. de gemmis,
Et Diamarg. frigid. an. ſcrop. ij.
Seminis Acetoſæ,
Raſuræ Eboris, } *an. ſcrop. j.*
Corallorum rubr.
Cum Syrup. de Cort. & Acetoſit. Citr. mi. & confice Elect. liquidum cuius cap. ſingulo mane ad drac. j. cum tantillo vini generoſi.

Serapio, & qui Tolomeum commentantur ridiculum profectò & ipſi proponunt Præſeruatiuum, quod etiam Curatiuum eſt.

Recipe *Figuram Scorpionis inſculptam Auro, Lapide Bezar, Hyacintho, vel Smeraldo imprimatur in Maſtice, Incenſo, & Saccaro, vel compoſito ex his, impreſſa comedatur, & præſeruabit liberos à peſte ſanos, & morboſos curabit.*

Alia multa ſcripta hic legenda afferri poſſent, quæ quando ſatis vulgaria ſunt conſulto prætermitto, & ad illam mixturam parari facilem deuenio, quam inter ſpolia ſapiētis Regis Mithridati, Magnus Pompeius deſcriptam inuenit; Ibi sāctiſſimè Mithridatus met affirmat, ſe liberatum iri à quouis veneno peſtilentiali, & peſte quicunque ſtomacho ieiuno

Ficuum, & Nucum an. num. 2.
Foliorum Rutæ num. 12.
Salis minimum comedent, ſuperbibendo tantillum vini.

Qua mixtura Germani paſſim tempore neceſſitatis vtuntur, ea-

que

que apud Galenum regiſtrata legitur, necnon apud Q. Serenum cum ait. *Lib. de alimẽt. facult. cap. 28.*

Antidotus vero multis Mithridatia fertur,
Conſociata modis; ſed magnus Scrinia Regis,
Cum caperet Victor vilem deprendit in illis
Syntheſin, & vulgata ſatis medicamina riſit:
Bis denas Rutæ frondes, Salis, & breue granum,
Iuglandeſque duas, totidem cum corpore Ficus,
Hæc Oriente die paruo conſperſo Lyæo,
Sumebat metuens, dederat quæ pocula matri.

Ipſiſſima, in forma tamen Conſeruæ, vtuntur Hyſpani, qua & nos vti etiam poterimus ſi libuerit ſic deſcripta.

Recipe *Ficuum aridarum Lib. 2.*
Nucuum mundatar. Lib. 1
Foliorum Rutæ Lib. ſem.
Salis vnc. ij.

Piſtentur omnia ſimul, & cum duabus partibus mellis, & vna ſaccari fiat conſerua; Valet præſertim hæc conſerua ad profliganda Venena, vt ex Hiſtoria Clearci Eracleoti Tiranni manifeſtiſſimè docemur, qui ſubditis Cicutam doloſè propinandam curabat, qua fraude Innocẽtes admoniti pro Alexipharmaco ad Rutam recurrerunt, non infructuoſè tamen, cum ex illis vix vnus perierit; Vnde Dioſcorides de Ruta loquens; per ſe, & cum Nucibus Iuglandibus, & ficubus ſiccis inefficacia venena reddunt. Quid plura? apud Schenchium ſcriptum legitur, aliquos fuiſſe, qui ad propagandam Peſtem mixturis venenoſis vtebantur, Hi ad ſupplicium adducti confeſſi ſunt, ſe ſe à Peſte non alio Antidoto præſeruaſſe, quàm vna, vel altera nuce inuſtulata; Et inter cætera efficaciora iſta ſufficiant intrinſecus exhibita. *Cap. de Nucib.*

Extrinſecus vero Odoramentis, Dentifritijs, & Lotionibus, atque inunctionibus Corpus præmunire oportebit, quo minus corripiatur à venenata qualitate, quin etiam Partes cordis inungere cũ Balſamo; Defendit namque Balſamum ab Aere corrupto, quo cum careamus ſacculis vti ſolemus cordialibus, & calidis, & frigidis iuxta complexionum diuerſitatem, anni tempus, ætatem, regionem; docemur enim à Celſo, id maximè ad curationem facere, noſſe ſcilicet, vniuſcuiuſque ægroti ætatem, complexionem, regionem, anni tempus, & ſpeciei ægritudinem; *Sanguinem namque mittere, medicamentum purgans dare, vel aliquid aliud locale adhibere, facile eſt, ait, Cui vero, quomodo, & quando, tam difficile, quam eſſe Medicum.*

Tempore igitur Peſtis ad Præmunitionem, Dentes, & Os colluere,

re, & confricare oportet, eo puluere vt

Dentifritium opportuniſſimũ in tempore peſtis.

Recipe *Salis corallorum alborum, & rubr.*
Criſtallorum vſtorum, Oſſis ſæpiæ, } *an. drac. ij.*
Cort. citr. Radic. Angelic.
Maſticis, Cyperi, & Cinnam. } *an. drac. j.*
Caryophyl. & Saccari fini, an. dracm. ſem.
Muſc. gr. 6. m. & f. puluis; quo vtatur, vt diximus.

Item faciem, & manus ſemper lauare oportet Aqua roſacea cum modico aceto.

Præterea confert Globum manibus portare ex cupreſſo, Iunipero, Radice roſarum, vel Fraſſino, & facta cauitate impone fruſtulum Spongiæ Aceto, vel aliquo ex dictis liquoribus imbutum. Vngere etiam Cor, & partes circumuicinas oportebit oleo contra Peſtem, quod hic Ferrariæ, vt alibi diximus, præſtat Oleo Mattheoli, Oleo magni Ducis contra venenum, oleo Naphæ, & Theriaca cum pulueribus de gemmis, aut aliquo ex prædictis. Rurſus inſtillare in auribus ſummopere confert guttam vnam, vel alteram oleorum de Spica, de Iunipero, de cortice citri, & ſimilibus: Non eſt Tamdem ab re Caput corroborare caputpurgio, compoſito ex vino laudato, in quo incocta ſint folia roſarũ, Origani, Maioranæ, Saluiæ, Timi, Pulegij montani, Bettonicæ, & ſimilium; præſertim ſi Conſtitutio ſatis frigida fuerit, Patienſq; humidus natura.

De cura Febris Peſtilentialis.

Scopi in curãda febre peſtilentiali.

FOrma huius febris eſt Intemperies calida, & ſicca; Quare indicatur nobis refrigerandum, & humectandum eſſe. Materia autem huius Febris eſt Humor maximè putridus, Relinquo Spiritus, & ſolida, quoniam vt dicebat Galenus. *Febris peſtilentialis Hectica nullo auxilio perſanatur.* Similiter relinquo Spiritus, quia Febris peſtifera in Spiritibus adeo cito iugulat, vt Medico nulla relinquatur Cura. Materia putrida duplex eſt, Alia, quæ tota putrefacta eſt; Alia, quæ putreſcit; Et propterea Duo etiam ſunt Scopi, Vnus, vt materia putrefacta auferatur; Altera vt, quæ putrida ſit prohibeatur, ne putreſcat; Sed quia hęc materia, vt diximus venenata eſt, Atque Venenum præditum eſt vi quadam ſecreta, & Cordi inimica; Hinc ſuboritur Alia indicatio, vt aduerſus Venenum pugnetur illis medicamentis, quæ Arcana facultate Cor ab ipſo cuſtodiunt.

Pro huiuſcemodi ſcopis perficiendis Tres ſunt medicationum modi apud veteres, Diæteticus, Pharmaceuticus, & Chirurgicus; Quod ſpectat ad Dietam, Ea prorſus Ratio tota eſt ineunda, quam mon-

monſtrauimus etiam obſeruari debere in Præſeruatione, & Curatione peſtis, vt ſcilicet Aer corrigatur Arte, ſi natura frigidus, & ſiccus conſequi non potuerit; Debet item odoratus eſſe propter tutelam cordis, & ſpirituum; Atque etiam propter ipſius vitium; Vnde vt aer talis euadat, qualis deſideratur, adminiſtrandæ ſunt irrorationes ex aceto roſaceo, aqua roſacea, aqua acetoſæ; Aſpergendæ ſunt herbæ, vt nimphea, viola, roſa; Implenda ſunt Cubilia pomis, citrijs, caphura, ſantalis, pomis citonijs, & ſimilibus. Raſes aliud etiam commendauit, vt linteamina aceto roſaceo madefiant, ſicq. madefacta parietibus appendantur. Somnus moderatus ſit. Omnis motus corporis, & animi auertatur; Frequentia hominum vitetur, & in ſumma quiete æger ſemper contineatur: Si quæ aluus ſit adſtricta, leuiter emolliatur. Prouidendum item, vt æger ſine curis, ſine ſtudio, & alienus ab omni cogitatione terrifica viuat; ſed læto animo, & iucunda amicitia vtatur: Nam (vt Iulius Palmerius refert) *futuræ peſtis metum, atque intentam cogitationem ſæpè eam allicere profitemur, multoſq. integrè ſanos illius terrore, metuq. perculſos repente vitium ſenſiſſe teſtamur; Ac non multo poſt è medio ſublatos, non alia (vt mea fert opinio) ratione, quàm quod vehemens, & intenta animi cogitatio, atque imaginatio crebra, dum cor mirificè afficit, idipſum ſæpè imprimat, atque inurat, quod tantopere metuitur.* *In lib. de morbis contagioſ.*

De Cibis loquens Aetius ex auctoritate Herodoti medici (ait) Paucitatem cibi Prauitatem materiæ augere; Si autem exhibeatur multus, & ſæpe, proculdubio ſuffocantur Vires; & cum Calor natiuus imbecillis ſit, minimè coquere poſſet; Vnde cruditates, & ex cruditatibus Putredo dilataretur.

Præterea multis calor puſillus ſuffocatur, & obruitur iuxta Galeni dictum. *Cum vaſa fuerint ſupra modum repleta, periculum eſt ne aut ipſa diſrumpantur, aut Calor natiuus ſuffocetur, extinguaturue.* Quare in doctrina Celſi parum, & ſæpe erit de eo offerendum: *Tale enim quid patiuntur, quale lucernis penè extinctis accidit, quæ continuã olei ſuffectionem exigunt, multam, & cumulatam, nequeunt tolerare.* Verum ſemper in omnibus cibis febre peſtilentiali laborantium, illud ſpectandum, vt habeant aliquam vim venenorum propulſatricem; Et ideo conuenit ipſis immiſcere pulueres margaritarum præparatarum, fragmentorum prætioſorum, terræ ſigillatæ, boli armeni, corallorum alborum, & rubeorum, oſſis de corde cerui, cornu vnicornu, & ſimilium. Vel *Cibi vim venenorũ propulſatricem, tempore quo peſtis euagatur, poſſidere debent.*

Recipe *Conſeruæ acetoſit. citr.* } *an. vnc. ij. ſem.*
Conſeruæ boraginis.

Boli

Conſerua propinanda ante alios cibos in præſeruationẽ à peſte.

Boli arm. pulueriz.
Puluer. radic. tormentil. } *an. ſcrop. j.*
Scordij, & contrahieruæ
Margarit. præparat.
Fragmentorum pretioſor. } *an. ſcrop. j. ſem.*
Bezaar or. g. xx.

Foliorum aur. num. 3. m. & dictæ conſeruæ capiat Vnciam vnam ante cibum per horæ dimidium; Vel loco conſeruæ vti poterimus viperina puluere, modo, & apparatu, quo ſupra.

Optimum medicamentũ opportunè cibus datus.

Aliud etiam ſpectandum eſt in cibandis ægris, vt opportunè cibentur. *Optimum enim*, dicebat Hippocrates, *medicamentum eſt opportunè cibus datus*; Quandoquidem Philonis illius Filia intempeſtiuè cænauit, & mortua eſt. Nec ſatis eſt opportune cibus detur, ſed talis, & tantus, qualis prorſus à viribus ægrotantis, & à morbo expoſtulatur. Quocirca Celſus ad rem noſtram. *Vnum illud ſemper, & vbique ſeruandum eſt, vt ægri vires ſubinde Aſſidens Medicus inſpiciat, & quamdiu ſupererunt, abſtinentia pugnet, ſi imbecillitatem vereri cœperit, cibo ſubueniat; Id enim eius officium eſt, vt ægrũ, neque ſuperuacua materia oneret, neque imbecillum fame perdat; Ex his autem intelligi poteſt, ex vno medico multos non poſſe curari, eumq. idoneum eſſe, qui non multum ab ægro recedit.*

Victu inſtituto deueniendum eſt ad ſcopos implendos, quorum alij ſunt, qui perpetuo adimplentur; alij, qui certo quodam tempore. Scopus, qui perpetuo debet impleri in curatione eſt, vt ſemper ſpiritus, & cor cuſtodiantur, & defendantur à veneno. Scopi vero, qui certo tempore adimplentur, ſunt Euacuatio putridæ materiæ, & Correctio materiæ, quæ putreſit. Euacuatio materiæ putridæ, quæ debeat fieri certum eſt, & rei ratio ſuadet; Sed dubio vertitur, quo modo hæc euacuatio emolienda ſit, & quando. An, ſcilicet, perficienda medicamento purgante, an vero per ſectionem venæ.

Num in febre peſtilenti nulla expectata coctione educendus ſit humor.

Videamus primo de euacuatione facienda per pharmaciam, de de qua Item dubium eſt. *An in Febre peſtilenti expectanda ſit Coctio: An vero à principio (nulla expectata coctione) putrida euacuari debeat materia*. Cauſa huiuſcemodi controuerſiæ non alia fuit, niſi quod ea eſt prauitas febrium peſtiferarum, vt quemadmodum dicebat Iacobus de Partibus, quidquid fiat, plerumque mors Ægri ſequatur; Nam ſiue abſtineamus à pharmacis, ſiue illis vtamur, atque vtamur vel cito, vel tarde, Res plena periculi eſt, & (vt diximus) magna ex parte Ægri intereant. Sed ne hoc tempore detineantur Lector dubijs Quæſtionibus. Auicennas ex vna parte confitetur, Febrium peſtiferarum curationem inchoandam

l. 3 tract. 4. cap. 4.

eſſe

eſſe ab euacuatione. Eiuſdem ſententię fuerunt Paulus, Aetius, Auezoar, & multi alij, inter quos Galenus, qui ſcriptum reliquit; *Illud, quod maximè alienum eſt à natura, & quod corrigi nequit, debere quam citiſſimè expelli à corpore.* Sed in febre peſtilentiali adſunt Humores maximè putridi, maxime à natura alieni; Igitur debent ſtatim euacuari. Item ſi materia Turgens eſt euacuanda, quia huc, atque illuc lata neſcitur, quo ſit decubitura; ſed periculum eſt, ne ad nobiles prorumpat partes; Quanto magis vbi iam decubuit circa Cor, & Cerebrum membra nobiliſſima? *4. De tuenda valet. cap. 4.*

Ex aduerſa parte videtur fuiſſe ſententiæ Hippocratis, qui ferè in omnibus illis libris, aut numquam meminit purgationis, aut dixit, à purgationibus ægros eſſe valde offenſos. Præterea in febre peſtifera (quod etiam adnotauit Raſis) adeſt mala qualitas, adeſt prauitas illa propria, adeſt & Cōtagiū; ſed ex purgatione, neq; mala qualitas aboletur, neque contagium aufertur; igitur videtur Purgationem inutilem eſſe, atque pernicioſam, quia deijcit vires abſque vlla vtilitate. *3. Epidem. 3.*

Varia hinc, & inde, & multa ſunt Argumenta in hac dubitatione, in quibus nolo Lectorem detinere; Breuibus Vnum, vel Alterum proferam. Primo, quod in omni Febre peſtifera in principio, niſi quid prohibeat, conuenit neceſſario materiam putridam euacuare. Alterum pro reſolutione ſtatuendum eſt; Quod licet conueniat Purgatio ratione materiæ putreſcentis; Conueniunt tamen, & Antidoti, qui reſpiciant gradum, & prauam putredinis qualitatem; Et ſicut in peſtiferis praua qualitas eſt ea, quæ iugulat, & interficit; Ita etiam debent Antidoti reſpicere hāc qualitatem, & prauitatem materiæ. Et notate Galenum cap. de Bolo armeno dixiſſe, eos, qui non curabantur Bolo armeno, non eſſe curatos alijs remedijs; Non quod Galenus ſignificarit alia remedia, & purgationes non fuiſſe adhibitas; ſed quia licet adhiberentur, tamen non proficiebant, vt proficiebat Bolus armenus; & Ratio eſt, quia in peſtiferis febribus eſt quidem attendendū purgationi materiæ putridæ; ſed magis prauæ qualitati. *Lib. 9. Simplicium.* *Locus Galeni obſcurus clarificatur.*

Sed quid dicemus ad Auctoritates Hippocratis, & ad Rationē? Ad Hippocratem Reſpondetur, non eſſe mirum, quod ipſe non meminerit purgationis, eo quia in libr. Epidemiorum præcipua intentio Hippocratis fuit, ſignificare euentus morborum, non autem Curationes: Igitur quod Hippocrates non meminerit in libr. Epidemiorum purgationis, non eam propterea negauit; ſed non meminit, quia (vt diximus) non erat ipſi propoſitum nominare curationes. Ad Rationem de praua qualitate, non negamus, quod praua qualitas ſit, quæ præcipuè offendit; ſed hæc Prauitas eſt *Cur Hippocrates cum de peſte purgationis non meminerit.*

Qualitas; Qualitas habet ſubiectum, & ſubiectum eius eſt materia putrida; Qua propter euacuata materia putrida conſequenter aufertur è corpore praua Qualitas.

Sed concedamus, Purgationem conuenire; Quo tempore; & quibus medicamentis molienda eſt hæc Purgatio? Iuxta dictum Hippocratis facienda eſt in principio: *In Principijs, ſi quid tibi mouendum videtur, moue.* Et Meſues. *O corporum Curator auxiliari ne differas, quia ſemel pereunti nulla ſuffragia proſunt.* Quibus adſtipulari videtur Q. Serenus.

Principijs obſta ſero Medicina paratur.

Medicamentis purgantib. admiſcenda eſſe, quæ prauitati, & venenoſitati materiæ reſiſtunt.

Rurſus Febris peſtifera eſt Morbus acutiſſimus, celerrimè igitur mouendum eſt. Medicamenta vero, quæ conueniunt, ſunt Lenia, non admodum calida: ſed hoc perpetuo meminiſſe oportet, ſemper medicamentis purgantibus admiſcenda eſſe, quæ putredini reſiſtunt, Venenoque. Atque vt Aliqua medicamenti extet forma. Si materia ſit biliosa ſequenti medicamento eſt educenda.

Ad educēdam Bilem proportionatū medicamentum.

Recipe *Scordij drac.j*
Tormentillæ, & ſemin. Citri an. drac. ſem.
Sebeſten num. 7.
Senæ Orientalis drac. iij.
Tartari præparati drac.j
Pimpinellæ, Boraginis an. p.j

Fiat decoctio in aqua Meliſſæ, deinde Recipe huius decoctionis Vncias quatuor
Rheubar. electi. ſcrop. iiij.
Boli Armeni Orient. drac.j
Cinnam. electi drac.j.ſem.

Infundantur s.art. in dicta decoctione, deinde facta diligenti expreſſione Adde Mannæ elect. vnc. ij. ſem. clarificetur, & aromatizetur cum Iul. gemm. & cap. Quod ſi æger abhorruerit Mannam; ſubſtitui poterit Syrupus Violaceus ſolutiuus. Qua norma, & regula Atram bilem, Melancholiam, & Pituitam educere poterimus, proportionato medicamento.

Poſt Purgationem, & ante vtendum erit Alterantibus, quæ reſpiciant humorem prædominantem, habita ratione remediorum veneno aduerſantium. Et quo tempore iſta adminiſtrantur, etiam licebit vti extrinſecis remedijs ad confirmandum Cor, & ad tuendum ipſum, & ſpiritus, vt ſupra à venenoſa materia: Exempli gratia ſi materia fuerit Bilioſa, vt ferè ſemper contingit, parabimus huiuſmodi Syrupum.

Syrupus appoſitiſſimum pro Bile diſponenda, & ad eductionem præparanda.

Recipe *Pimpinellæ, Meliſſæ,*
Foliorum Acetoſæ, an. p.j

Boli

Boli arm.or.& terræ ſigill.an.ſcrop.j
Fiat decoctio in aqua Rutæ Capprariæ, vel Scordij; vel in brodio paruæ pullæ, cuius colaturæ Recipe vncias quatuor.

Syr. Acetoſæ, & Acetoſit. citr. an. vnc. j. m. & cap. tempore opportuno: Modus igitur hic erit, & præparandi in principio, & alterandi in Febribus peſtiferis abſque Peſte.

Eſt & tertius, & poſtremus modus medicandi, qui operatione chirurgica perficitur. Qui cum multiplex eſſe poſſit; Videndum eſt primo de ſanguinis miſſione, de qua lis eſt antiquiſſima.

Num in febribus peſtiferis conueniat ſanguinem mittere.

An ſcilicet in Febribus Peſtiferis mittendus ſit ſanguis, necne; Multi negant, mittendum eſſe; Non defuerunt, qui affirmarunt; Atque iſti etiam inter ſe diuiſi ſunt; Quoniam alij Phlebotomiam; Alij Cucurbitulas, Hyrudines alij magis laudarunt, cuius (vt dicebamus de pharmacis) diſſidij cauſa fuit; Quoniam quodcumque faciat Medicus, magna pars ægrorum moritur, non remedij importunitate, ſed potius vi, & prauitate ipſius morbi; Quare cum aliàs hac de re fuſiſſimè diſputauerimus: Nunc breuibus tantum dicemus, quod conſtituere debeamus.

In febre peſtifera quando veniat phlebotomãdus æger.

Sunt igitur duo nobis conſtituenda; Vnum, *in initio Febrium peſtiferarum ſemper mittendum eſſe ſanguinem; modo vires adſint*; Ratio in promptu eſt, quia Venenum citiſſimè, citra omnium controuerſiam eſt à corpore tollendum; Atque cum ipſum Venenum reſideat in ſanguine putreſcente, planè ſi auferatur ſanguis, conſequenter fundamentum, & Fomes veneni auferetur. Nec obſtat, materiam eſſe prauam; ea propter egere potius alui ſolutione, quã ſanguinis miſſione; quia Galenus, vbi ſtatuiſſet in magnis morbis ſemper mittendum eſſe ſanguinem, declarans, qui ſint morbi magni, inquit, *Dico magnos, vel propter vehementiam affectus, vel propter nobilitatem partis, vel propter prauitatem humorum*. *4.method.c.6.*

Alterum conſtituendum nobis eſt; *niſi in principio vocamini, nũquam cogitandum eſſe de ſanguinis miſſione*; Adducor ad hoc aſſerendum ab auctoritate Galeni, qui quærens cauſam, cur in caſu Critonis Hippocrates non meminerit ſectionis venæ, inquit, Hanc eſſe rationem, quia Hippocrates non vocabatur à principio, quaſi velit nos docere; ſi in principio vocatus fuiſſet, ſecuiſſet vtique venam, quamquam adeſſet magna prauitas; propter quam prauitatem factum fuit, vt illi miſero ægroto ſtatim maculæ nigræ apparuerint, & tertia die interierit. Vbi igitur licebit mittere ſanguinem ſemper eligenda erit venæ ſectio; Jta vt ſi malum ſe ſe oſtendat in partibus ſuperioribus à Baſilica ſanguis mittatur; Si autem ſe malum prodat in partibus inferioribus, in Inguinibus, videlicet, in coxis, vel in partibus ſubtus Iecur, potius eligenda erit Vena po- *3.in 1.Epid. com.26.*

Vbi liceat mittere ſanguinẽ ſemper eligenda erit venæ ſectio.

plitis: Si non liceat venam ſecare, vel ratione ætatis, vel ob aliquod aliud habemus Cucurbitulas Hirudines, de quarum apponendarũ loco etiam Medici in varias ſectas diſperſi ſunt. Ipſe in ea opinione ſum, vt potius Cucurbitulæ apponantur in partibus infra Iecur, ſupra nates, & ſub natibus; eo quod cum vehementer attrahant hæc inſtrumenta, multo ſatius eſt eas attrahere venenum ad partes à corde remotas, quam ad ipſi proximas.

Veſicantia laudantur.

Inter Chirurgicas operationes adnumerare poſſumus auxilij genus illud, quod Veſicatorium nuncupatur. Hæc Veſicatoria Venenum à Corde ad partes ignobiliores trahunt; ſiue Venenum poſitum ſit in Vaporibus, ſiue in Humoribus.

Fuerunt aliqui (vt refert Nicolaus Florentinus) qui exiſtimant; quo tempore vagantur Febres peſtilentiales, & Peſtis, optimum eſſe, ſi fiant in corpore Cauteria; eo quia per Cauteria, vt alibi diximus, expurgantur corpora, redduntur excrementis vacua, itaut minus apta ſint Peſti, & Febri peſtilentiali ſuſcipiendæ; Atque horum conſilium, vt alibi dixi, nec Ipſe improbo; Verum, quia materia valde praua eſt, atque celerrime Venenum ſuum diſtribuit; Idcircò præſtat ſtatim vti Remedijs veneno aduerſantibus, atque hæc remedia ſæpiſſimè mutare; Ita vt modo vnam Confectionem, modo aliam adminiſtrari conueniat. Dicebat elegantiſſimus Celſus, quod vbi Remedia non reſpondent, non debemus tanti facere Auctorem remediorum, quanti ægrum ipſum, ſed experiri aliud, atque aliud; Sic tamen, vt in acutis morbis cito mutetur; Idcirco modo exhibeatis Terram ſigillatam, modo puluerem carnis viperinæ; modo Diaſcordium celebratiſſimum apud Fracaſtorium; modo Gemmas; modo Smaragdum in puluerem redactum; modo puluerem vnicornu; modo puluerem oſſis de corde cerui, Cornu ceruini, bezaar, contrahierbam, elect. de ouis, iulep gemmatum, magiſterium margaritarum, aurum potabile, modo vnum ex ijs medicamentis, quæ penè infinita numerantur apud ſcriptores.

Dictum notabile Celſi. Lib. 3. cap. 1.

Bolus armenus quocumq; tempore propinandus cum vino, & quare.

Sed de bolo armeno illud eſt adnotandum, quod quæcumque Febris ſit, modo ſit peſtilentialis, Bolus armenus ſemper propinãdus cum vino; Hanc doctrinam habetis à Galeno præceptã, quando ait, *dari Bolum armenum ijs, qui non febricitant vino puro, ijs, qui non multum, vel parum febricitant, dari vino lymphato efficaciſſimo:* Ratio eſt in promptu, quia Bolus Armenus viſcidus eſt, tenax, ita vt difficulter ad ea peruenire queat; vnde neceſſarium eſt, vt habeat vehiculum, quo ducatur, vt eſt vinum: Imo fuerunt aliqui, qui exiſtimarunt, in quadam peſte idcirco paucos fuiſſe ſeruatos, qui Bolum ſumebant, quia cum neceſſariò acciperent vinum, à vino offendebantur; Sed Galenus ſatis refutauit horum ſimplici-

tatem,

tatem, cum dixit, *Fuiſſe ſepultos à bolo armeno eos ſolummodo, qui deplorati erant.*

De Cornu Vnicornu, quod fere omnes commendant, Ego non ſum adeo tutus; Quoniam quatuor genera Animalium habentiũ vnum cornu referuntur ab Æliano, & Ariſtotele, ſcilicet, Monoceros, Rhinoceros, Oriz, & Aſinus Indicus; De cornu ſolo Indici ſcriptum eſt ab Æliano, quod Indorum Reges vterentur hoc cornu pro poculo; quia exiſtimabant, ſe ſe immunes fore Epyleſia; & morbis venenoſis, & peſtiferis; adeo quod ſolum Cornu Aſini Indici poterit ex veterum ſcriptis commendari in Febre peſtilentiali; Sed Cornu, quod oſtendunt Principes noſtri caret omnibus notis, quas illi tradit Ælianus: Itaque ego parum fidei habeo huic remedio. *De cornu vnicornu quid ſẽtiat Auctor.*

Febribus peſtiferis, & prauis varia copulantur symptomatum genera, inter quæ Exanthemata, Bubones, Carbunculi, Deliria, & eiuſmodi: Verum, quia de his ſum tractaturus (Deo fauente) cum de cura peſtis ex profeſſo; conſulto hic ea ommitto; & de modo, & medendi ratione in febribus peſtiferis hæc dicta ſufficiant.

De Cura Peſtis.

VT incredibilis eſt huius luis ſæuitia, & immanitas, atq; Fraudulentia; Ita Medicum exquirit diligentem, mente excitatum, prudentem, & ſuper omnia pium, & Chriſtianum, vt miſertus proximorum miſerijs, omni animo ſtudeat, intueaturq. morbi huius motum, & imminens periculum, atque præſens damnum; Nã cum celerrimè ſuum vitium Contagio perniciosiſſima hæc lues in ſpiritus inferat, Humores, & ſolidas etiam corporis partes curandum eſt celeriter, ei prouidere, præcauereq. quo minus fiat. Quare cum ad infirmum acceſſerit vniuerſum ſtudium primo circa cordis auxilium, & eius defenſionem, aeriſq. rectificationem verſetur, dicente Auicenna, *Stude tota intentione tua in confortando Cor, & rectificando Aerem circundantem.* Secundo loco aduertat ad ſpirituum rectificationem, ipſorumq. luciditatem; Magna enim eorum quantitas à Veneno deſtruitur, & turbulenta redditur; reficiuntur autem cibis bonum ſanguinem generantibus, quales ſunt aqua carnis, trementia oua, Auium, pullorumq. carnes, optimi ſucci, concoctuq. facilis, & vino claro, maturo, ſubtili, boni odoris, & boni ſaporis; & vt vno omnia breuiter perſtringam, in quo adſit, Cos, dummodo tamen Febris non adeo ferueat, nam in tali caſu ſubſtitui poterit vinum oligophorum. *Ad ſpiritus reficiendos qui laudẽtur cibi.*

Rectificare

Rectificatur inſuper Aer, ſi calidus cum frigidis redolentibus, vt folijs ſalicis, roſarum, nenupharum, & ſimilium; Santalis, Caphura, aceto mixta, & aqua roſacea contemperetur. Frigidus vero, vt nos docet Auicennas, igne accenſo ex lignis calidis ſupra mentionatis. *Habitare debent ædificio mundo*, ait Auicennas, *lucido bene redolenti, quod ſternatur odoriferis plantis, floribus, & herbis viridibus; & fumigetur cum ſantalis, & caphura, aſpergaturq. Aqua roſacea, & aceto; odorentq. ſemper odoriferum aliquid ſicuti Flores, & Poma*, de quibus loquens Manardus epiſtolar. libro 5. epiſt. 3. *Verum, & Ciues*, ait, *in vrbe degentes, ita iubentibus medicis, vnguento maximè odorato nares, & aures implebant, ſuffitibuſq. & aromatibus vtebantur, cum quidam aſſeuerarent, bonum illum odorem præoccupantē implentemq. meatus ſenſuum prohibere, ne reciperetur Tabes aeris, vel ſi quid etiam confluxiſſet prius, maiori vi confici, ac profligari.* vel mixtum tale manibus ſemper geſtandum parari poterit.

Recipe *Santalor. om. Roſarum rubearum,*
Corallor. ambor. Spodij, Violar.
Florum nenupharum, & origani, } *an. drac. ij.*
Styracis liquidæ, & Belzoi, an. drac. j.
Caphuræ, Ireos, an. drac. ſem.
Croci, ſcrop. j. muſci diſsolut. in aqua roſar. gr. xx.

Infundantur Gummi, & tragacantha, & cum eis cætera malaxentur, & redigantur in formam Pomi.

Purgetur poſtremo Aer vento Septentrionali, propter quod Galenus ianuas, & feneſtras ad Septentrionem vergentes patere voluit. Comprobatur experientia Documentum Galeni, ſcriptum namque legitur Marcum Varronem, ſe Corcyram Inſulam peſte liberaſſe, obſtructis ijs feneſtris, quæ Auſtrum ſpectabant, & adapertis ijs, quæ ad Septentrionem vergebant; Ita namque ferunt, Empedoclem Agrigentinum obſtructis montium fiſſuris à Peſte Patriam ſuam ſeruaſſe. Et Stephanus Rodriquez Luſitanus ætate ſua vir clariſſimus ad aerem rectificandum remedium proponit, quo paſſim in Liſbona vtuntur. Iubent ibi Sanitatis Præſides cōuehi per Ciuitatem vniuerſam Boues in magno numero, vtpotè quia halitando plurimum aeris inſpirant, & reſpirando eumdem puriorem reddunt; Quod remedium cum ſit ratione inuentum, & experientia comprobatum, tempore neceſſitatis item ad illud confugiendum. Rurſus confert ſi æger ex vno ad aliud cubiculum ſe contulerit, donec nouus ſubingrediatur aer, & ſic ex ſecundo ad tertium redeundo ad primum; habeatq. ſecum Amicos charos exhortantes mortis timorem expellere; Speret ſalutem, gaudeat, & lætetur pro viribus. Dormiat in loco mundo, odoribus ſuauibus

Hiſtor. Marci Varri, & Empedoclis.

Remediū Stephani Rodriquez ad aerē purgandum.

referto;

referto; Cibos prӕterea edere debet ſubtiliores, boni nutrimenti, & ad digerendum faciles. Verum cum ſæpe ſæpius ipſorum cadat appetitus, omni ingenio, vt cibos capiant ſunt exhortandi. *Incitentur, & cogantur edere*, dixit Hippocrates, *plures enim, qui ſponte, vel vi etiam, ſi non appetant, aſſumunt, euaſiſſe comperimus, ex eo quod Virtus reficitur, reſumuntur ſpiritus; quorum continuo magna fit reſolutio, & Virtus fortior contra Venenum redditur.* At quando iſtorum virtus imbecillior eſt, cibos aſſumant nutrimenti multi, & quantitatis paucæ; Tutior enim eſt frequens refocillatio, quam rara ſaturitas, ſi quidem illa Corpus reficitur, hæc vero calorem ſuffocat.

Tutior eſt ī peſte frequens refocillatio, quā rara ſaturitas.

Ex quibus deduci poteſt; Comeſſationes frequentes, & Crapulas fugiendas ab ijs maximè, quibus Deus Venter eſt, & qui florem ſanguinis exuſtum à vino habent, ideoque expoſiti ſunt repentinæ morti, Carbunculorum generi, Peticularum, Bubonum, & ſimilium. Sunt tamen ipſorum Epulæ Agreſta, Aceto, Limonum, Aranciorum, Granatorum, Berberum, vel Citoniorum ſucco conditæ; quoniam non ſolum incidendi materias viſcidas facultatem habent, & obſtructioni reſiſtunt; ſed Alexiteriam virtutem poſſident, hoc eſt contra venenoſitatem appoſitiſſima ſunt, vt præſertim de Malo Citro ſcribitur.

Acida omnia ad condiēdas epulas proficua cenſentur.

Inter Herbas Acetoſa primatum tenet, poſt Acetoſam, laudatur Cicerbita, Borago, Bugloſſa, Pimpinella, Ruta Capraria, & ſimiles, ex quibus Aqua etiam ſtillatur, febribus peſtiferis infenſiſſima.

Aduertat tamen diligens Medicus, & ægri virtutem conſideret, ne imbecillem fame perdat, & ſuperuacua materia robuſtum ſuffocet; Quam ob rem ſi fortem inuenerit Carnes reijciat; Si imbecillem Aſsas, quam elixas concedat; Vnde colligere poterimus, verum eſse dictum Galeni, quo docet. *Ex vno Medico multos non poſſe curari, eumque idoneum eſſe, qui non multum ab ægro recedit.*

Ex vno Medico multos non poſſe curari, eū que idoneū eſſe, qui nō multum ab ægro recedit.

Secundo loco ad curam cum potione, & medicinis ſe conuertat; & ad quinque animaduertenda reſpiciat; Caloris febrilis alterationem; Materiæ corruptæ euacuationem; eiuſque à Principibus membris diuerſionem; Reſidui digeſtionem; Dilucidationem ſpirituum; & Accidentium poſtremo correctionem.

Alteratur autem Febrilis Calor, tam cum ſimplicibus, quam cum compoſitis, & intus, & extra approximatis; Vt Boragine, Endiuia, Acetoſa, Cicerbita, Santlis, Corallis, Roſis, Spodio, Caphura, Hyacinthis, Zapphyris, Smaragdis, Margaritis, & alijs huius cenſus ſimplicibus; cōpoſitis vero, vt Trochiſcis ex Caphura, Triaſantalis, mixtura Cordiali, & ſequenti Confectione.

Recipe

Confectio pro corde viuificãdo vnica.

Recipe *Santalor. om. Corallor. albo, & rubr.* } *an. drac. ſem.*
Roſarum rubearum, & Spodij.
Margaritar. præparat. drac. j
Hyacinth. Smaragd. Zapphyr. } *an. ſcr. j*
Oſſis de corde ceruí.
Caphuræ ſcrop. j. ſem.
cum Saccar, & Aqua roſacea fiat Confectio.

Iſta enim Calorem alterat febrilem, cor lætificat, & eiuſdem cordis ſpiritus claros reddit, ſi ieiuno ventriculo de ea quolibet mane, vel alternis diebus dracmæ duæ ſumantur, cum vino albo, vel brodio paruæ pullæ, prout magis medico aſſiſtenti arriſerit. Hoc idem præſtat ſubſequens Iulep.

Iulep ad eumdem vſum accomodatiſs.

Recipe *Succorum Melißæ, Boraginis,* } *an. vnc. ij.*
Bugloſſæ, Acetoſæ, Endiuiæ, & Cicoreæ,
Aquæ roſac. Aceti albi, an. vnc. j. ſem.
Acetoſitatis Citri, vel Limon. vnc. j.
Saccar. albi lib. j. m. & f. Iulep. s. ar. miniſt.

Item Electuarium tale pro eodem ſcopo adimplendo vti ſolent Medicinæ practicæ oculati Profeſſores.

Electuariũ pro eodem ſcopo adimplendo approbatum.

Recipe *Margaritar. præpar.* } *an. ſcrop. j.*
Fragmentor. prætioſor. om.
Limaturæ auri, & argenti,
Boli arm. orient. drac. j.
Puluer. Bezar. gr. xx.

excipiantur cum vncijs duabus Saccari boraginati, & cum aqua Florum mali citri fiat mixtura, cuius cap. vt ſupra dracmas duas. Poſſent alia plura ex his componi, quæ ſolers ingenium ex ſe ſe inueſtigare poterit.

Euacuatur materia corrupta nulla digeſtione præmiſſa: Ea enim ob ſuam malignitatem, venenoſitatemq. non dat inducias. Hinc Meſues. *Melius eſt cruda euacuando ſemel ægrum à morte vindicare, quam expectare coctionem, cum ægrotantis interitu, & artis irriſione.* Quod ſi ſanguis, vel humores alij ſanguini permixti corrupti fuerint, nulla melior Euacuatio, quam ſanguinis emiſſio, primo ex Baſilica dextra, deinde ex ſiniſtra, ventris tamen lenitione præcedenti, aut lubricante pharmaco, aut ſaltem enemate; per baſilicæ inciſionem euacuatur materia omnis circa Cor exiſtens, dummodo æger tolerare poſſit; quo non tolerante, ſaltem natibus, cucurbitulis affixis, certa ſanguinis portio educatur; At ſi humores alij à ſanguine ſeparati fuerint, pharmaco competenti educatur, iuxta illud Galeni, *Si ſanguis ſuperabundat hunc oportet euacuare, flaua autem bile, vel phlegmate infeſtante, abſtinendum eſt à ſanguine, & humo-*

de cur. ratione per ſang. miß. cap. 14.

rem

rem infeſtantem euacuandum. Quod pharmacum non violentum ſit; ſed inter benedictas, quas Medicinas Medici, & faciles appellant eligatur; exempli gratia Rhabarbarum, Manna, Mirobalanus, Tamarindus ad bilem ſubducendam. Agaricus ad pituitam, qui Medicina domeſtica, & cordialis ab Auicenna nuncupatur; cũ à corde, & partibus cordi vicinis phlegmaticum humorem educat. Polipodium, Epithimus, Sena, fumus terræ, & eiuſmodi ad melancholiam, & atrã bilem: Verum, ſi mixtus fuerit ſuperabundans humor, cum eiſdem permixtis medicinis illum euacuabis.

Digeſtiua vero, & primo bilis; ſunt Acetoſus ſimplex, Syrupus violaceus, de endiuia, acetoſitatis citri, de agreſta, de limonibus, de berberis, Vel

Syrupus digeſtiuus ad bilē.

Recipe *Cortic. citri, berberorum, Santalor. rub. an. vnc. ij.*
Bugloßæ, Meliſſæ, Borag. Cichorij, an. m. j.
Acetoſæ, hepaticæ, Scariolæ, Capil. veneris, an. p. j.
Seminum communium groſſo modo contuſ. drac. iij.
Succi borag. acetoſæ, & Plantaginis, an. drac. ij.
Thymi, Epithimi, Polipodij ſubtil. inciſ. an. drac. j. ſem.
Mirobalanar. citrin. & chebulorum an. vnc. ſem.
Tartar. præpar. drac. j.
Diagridij, ſcrop. ij.

Saccari albi, & electi quod eſt expediens ad Syrupum conficiendum.

Hic enim, non ſolum bilem, ſed pituitam, & melancholiam digerit, & ſanguinem purgat, principalia membra confortando, & à ſuperfluitatibus expurgando. Quo etiam ordine parari poterit Syrupus digeſtiuus ad Pituitam, & Melancholiam, vt

Syrupus digeſtiuus ad melancholiam, et Pituitam.

Recipe *Mirobalanorum chebulor. & citrinor. an. vnc. ij.*
Flor. borag. bugloßæ, & violarum, an. m. j.
Abſinthij, Cuſcutæ, an. p. j.
Folliculorum ſenæ, & tartar. præpar. an. vnc. j.
Mirobalanar. indor. drac. vij.
Radic. Liquiritiæ vnc. ſem.
Epithimi, drac. iij.
Polipodij quercini, drac. vj.
Prunor. Damaſcen. paſſullar. enucl. an. lib. ſem.
Succi fumi terræ, & pomorum dulc. depur. lib. j. ſem.
Tamarindorum, drac. iij.

coquantur omnia in libris duodecim aquæ, excepto ſucco, floribus, & epithimo, donec ſuperſint lib. 6. & tũc addas flores, & Epithimum, quæ cum parumper bullierint, totum ab igne ſemoue, & per pannum exprime, & ſuccum fumiterræ adiunge cum mellis roſacei

ſacei vnc. vj. & ſaccari fini lib. j. ſem. quæ omnia s.artem depurẽtur, & coquantur cum puluere turbith, & rhabarbari ligatis in petia rara an. vnc. j. Talis enim mixtura ſanguinem purgat à ſalſis,& aduſtis humoribus ſine moleſtia,ſi dentur ex eo Vncię tres ſingulis diebus.

Materiam vero mixtam digerunt ijdem ſyrupi,ſi permiſceantur, hoc tamen non neglecto, vt cum omnibus ſyrupis permiſceantur ſemper, qui acetoſitatem participant, & Aqua graminis, & bugloſſæ.

Digeſta itaque materia, virtute conſtante, pharmaco,quod digeſtum eſt,euacua; numquam tamen poſtponendo, quæ cordis vires reficiant, & venenoſitati reſiſtunt; Vt electuaria ſupra memorata, epithemata, vnguenta, ſacculi cordiales, & ſimilia; Atque hæc breuibus de peſte in ordine ad Medicos.

Præmunitio ad ægrotos peſte tentatos.

Quoad ægrotos,aduertant, qui peſte, vel febre peſtilentiali oppreſſi fuerint, ne pigri, & tardi ſint in conuocandis medicis, quibus nullo timore perculſi omnia ſymptomata palàm faciãt,ad hoc vt ſtatim poſſint adiutrice manu, & nulla interpoſita mora neceſſitatibus ſuccurrere; At ſi præſtolatio in omni morbo perniocioſa ſit, in hoc,de quo loquimur, pernicioſiſſima exiſtit.

Nec ſatis eſt conuocare Medicos, ſed ſi eorum ſaluti conſulere voluerint, procurent omni induſtria, ac diligentia medicorũ præceptis obtemperare, & in nullo propriæ voluptati indulgere, ne Medicinale conſilium denegetur, quod denegari ſolet ijs, qui Medicis non obediunt in corporis, & animæ iacturam.

Qui Medicis non obediunt ijs medicinale conſilium dãdum non eſt.

Supereſt de Apoſtematibus his temporibus contingentibus, & Cura eorundem aliqua dicamus.

Solent apparere his temporibus diuerſa, & venenoſa Apoſtemata; ſicut *Carbunculi, Anthraces, Bubones, Carbones, Pruna, & Ignis perſicus.*

Anthrax quid ſit.

Anthrax Apoſtema eſt paruum, uenenoſum, corrumpens, & comburens particulam, cui accidit, inducenſq. cordis debilitatem,& ſyncopim ex aduſto ſanguine cauſatam, qui quanto magis aduritur, tanto pernicioſius Apoſtema redditur; acquirit enim ex modica aduſtione colorem rubeum; ex maiori citrinum; ex maxima nigrum; & eſt in principio quantitatis paruæ, in lenticulæ formam apparens, inducenſq. in membro grauitatem, & pondus, animi anguſtiam cum cordis tremore,& ſyncope; & tamdem ſi nigreſcit,mortem inducit.

Carbunculus vero cum Anthrace maximè conuenit, ſed hic minoris eſt malitiæ, ex eo præſertim, quod huius materia eſt ſanguis in aduſtione remiſſus, propter ichores ſanguinis, qui eius acuitatem,

cuitatem, & aduſtionem obtundunt; quare eodem ferè modo apparet, quo Anthrax.

Bubo quid ſit, vbi generatur, & cur ita ab antiquis nominetur.

Bubo autem eſt Apoſtema malum, venenoſum, quod vt plurimum in Emunctorijs, poſt aures, & collo toto, ſub axillis, & inguinibus generatur. Communi nomine à Græcis *Bubo* vocatur, Quod nomen etiam à Latinis hodie vſurpatur. Et Ratio eſt huius nominis, quoniam glandulæ ipſę, in quibus fiunt, ab Hippocrate, & alijs Medicis ſunt appellatæ *Bubones*, vt teſtatum habetis apud Galenum; tum præſertim in Commentarijs ſupra ſecundum Librum Epidemiorum: Cuius materia licet ſit ſanguis interdum, non tamen aduſtus, vt anthracis, & Carbunculi; & ob id maioris eſt eminentiæ; non inducit eſcaram, cordis tamen tremorem, & ſyncopem propter venenum inducit, vt illa. Differentia eſt tamen inter hos tumores, eò quia frequentiſſime oriuntur in inguinibus, rarius naſcuntur ſub axillis, rariſſimi omnium fiunt ſubtus aures.

Materia Bubonis, quæ ſit.

Cur in peſte, & in omni febre peſtilentiali conſpiciātur huiuſmodi Bubones, & Tumores præter naturam.

Cur in omni ferè peſte, & febre peſtilentiali conſpiciantur huiuſmodi Tumores, potiſſima cauſa eſt; quoniam Venenum peſtiferum vſque adeo eſt naturæ inimicum, vt non ſolum ſollicita ſit in cuſtodiendis viſceribus ab illo, verum etiam ab omnibus partibus corporis conetur illud depellere; & cum Glandulæ ſint omnium corporis partium imbecillimæ, hinc fit, vt Venenum ipſum in eas partes depulſum, frequenter tumores procreet: Diximus ab alijs partibus Naturam etiam depellere hoc Venenum, eo quia duplex eſt ipſorum bubonum peſtiferorum generatio; Vna, & potiſſima eſt, quando à veneno cor afficitur, cuius vis excitata illud à ſe ſe depellit; Alter modus generationis eſt, quoniam non primo afficitur Cor, ſed vel per contagium, vel aliqua alia ratione contaminata vna, vel altera pars corporis, venenum, quod in ſe ſe habet, expellit in partem debiliorem. Differentia eſt horum generationis modorum, Quia vbi fiunt Tumores corde primum offenſo, ſemper ſolet Febris antecedere, aut ſaltem comitari; Vbi vero non fiunt à corde primum offenſo, non eſt perpetuum, vt Febris ipſos comitetur; ſed fiunt ſaltem ab initio, ſine febre, imo vero interdum etiam perdurant ſine vlla febre.

Cur Bubones peſtiferi frequētius fiāt in inguinibus, rariſſimò in capite.

Cur porrò frequentius fiant in inguinibus, rariſſimè vero in capite; hæc eſt vera Ratio, quia materia illa craſſa eſt, viſcida, & lenta, propter quod promptius fertur deorſum, depulſa à natura; Inguina vero, cum ſint infra partes infectas, facillimè omnium ſuſcipiunt hanc materiam, alioquin proprio impetu deſcendentem. Et ſi autem Caput (vt dicebat Hippocrates in Epiſtola ad Demetriū Regem) propter ſui cauitatem, & capacitatem omnia excrementa, tanquam medica cucurbitula, ad ſe trahat, Iſti tamen peſtiferi *4. De morbis.*

Caput tãquã Medica cucurbitula excrementa ad ſe trahit. humores, propter ſui lentorem, & viſciditatem non facilè trahuntur in caput, nec facilè attolluntur; ſed ſolummodo vapores ſunt, qui in caput eleuati alia Symptomata, vt ſupra declarauimus, inducunt.

Tumor, & Bubo peſtifer, quibus dignoſcitur. Cognoſcitur Tumor peſtifer, facillimè, tum propter peſtem vagantem, tum propter accidentia ſæua, quæ ipſum comitantur: Nam fiunt Deliria, Dementationes, Vomitus, Vrinæ turbidæ, & multa alia ſæua Symptomata, quæ faciunt, vt facile diſtinguatur Tumor peſtilentialis à non peſtilentiali. Omnis Bubo peſtilentialis lethalis eſt, quanto magis occultus eſt, & quanto minor, eo deterior eſſe ſolet; vt interdum ægri cum his pereant ſecunda, & tertia die.

Carbo Ignis Perſicus, ſiue Bruma, quod idem ſonant, quid ſint, & cur ita nominentur. Carbo vero, vel Ignis Perſicus, ſiue Bruma, quod idem ſonat, *Sunt Apoſtemata parua ad lupini magnitudinem, veſicam in principio eleuantia, & poſtmodum eſcaram corrumpentia, & denigrantia loca cum fætore plurimo, membrum etiam perambulantia interdum,* quæ ob ſuam nigredinem Bruma, vel Carbo nuncupantur, cuius materia, vt plurimum eſt Cholera, Melancholiæ admixta, & quando cholera in mixto dominatur, dicitur Ignis Perſicus, & tunc apparebit Apoſtema ſubnigrum cum quodam tamen ſplendore, & claritate; Si vero Melancholia dominabitur, dicitur Carbo, vel Bruma; & tunc color erit niger, & obſcurus, cuius corroſio magis penetrat membrum; & hæc de ſignis, & ipſorum diſtinctione.

Qua ſit materia Carbonis.

Curantur ſupradicti Tumores. De cura, & primo Anthracis, & Carbunculi, quæ cum apparẽt, fiat ſanguinis emiſſio tanta, quantã tolerare poterit Æger, ex eadem tamen parte, qua Apoſtema acciderit, & Hoc, ne venenum per alias venas trahatur ad Cor, aut ad alia principalia mebra; Et ſit vena, quæ inciditur ab apoſtemate diſtans certa menſura, quam Diametrum vnum Medici vocant; qua peracta (virtute tolerante) ſoluatur Venter cum pharmaco corruptum humorẽ educente; Deinde tota vertatur ſollicitudo ad Apoſtema ipſum, in primis ſcalpellando profunde, cui poſtmodum ſanguiſugæ, aut cucurbitulæ admoueantur; & demum cauterio comburatur aureo, quod melius eſt, aut argenteo, aut ferreo; vel etiam, quod minus laudo, Cauterio, quod Potentiale appellatur, & fit cum Vitriolo, flore æris, arſenico, vel calce non extincta. Huiuſmodi enim Cauteria venenum à partibus nobilibus ad cutem trahũt; Quod ſi ęger Cauterium abhorruerit; Scabioſam contuſam ſuperpone, quæ (vt Meſues notat) Carbunculum, & Anthracem tribus horis pernecat; & multi hoc experti ſunt, cuius etiam ſuccus, ad pondus trium vnciarum, ſi ſtatim cum Saccaro bibatur, mirum in modum confert, & fortius quoque, ſi ſecum Theriacæ dracmæ duæ adiungantur,

Cauterium potentiale, quib. perficiatur.

Scabioſa contuſa virtus.

dummodo

dummodo febrilis calor ſua magnitudine non prohibuerit; Idem dixerunt de herba Vincetoſſicum nuncupata, & de alia lingua Canis dicta, quæ contuſæ, & apoſtemati applicitæ, & ſæpius mutatæ Venenum extinguunt. His peractis; ſi dolor infeſtat, cum emplaſtro tali ſuccurratur dolori.

Emplaſtrum dolori ſuccurrens.

Recipe panis recentis, & adhuc calidi medullam, quam aceto, & vino malaxatam in emplaſtri formam ſuperimpone. Et multos expertos ex Medicis legimus, vitellum oui recentis, ſale contuſo mixtum, & Anthraci, ſeu Carbunculo ſuperpoſitum, & ſingulis horis permutatum, vno die Anthracem, & Carbunculum pernecaſſe, quod Chirurgica Arte experti Doctores, item nulla alia adhibita Chirurgica Medicina comprobarūt, qui ſimiliter etiam dixerunt, infraſcriptum emplaſtrum ſecretum, & expertum Anthraces, & Carbunculos interficere, & maturare, & aperire.

Emplaſtrum maturatiuū, & aperitiuū.

Recipe *Ficus num. x.*
Paßularum vnc. j
Pulpæ fermenti vnc. ſem.
Scabioſæ, Linguæ Canis }
Conſolidæ maior. Vincetoſſici } *an. vnc. ſem.*

m. omnia, & cum oleo Liliorum f. emplaſtrum, & ſuperpone. Alia multa proponi poſſent, ſed inter cætera hæc experimento comprobata ſufficiant.

Veneno igitur extincto; quia caro corrupta remanet, & quod à putri tangitur, putrefit; Stude corruptum pro viribus amouere, cum rebus emollientibus; vt emplaſtro; quod ex butiro componitur, oleo, & radicibus altheæ, branca vrſina, malua, & porci aſſungia, atque tamdiu applicetur, donec caro corrupta cadat, nec aliter, vtputa incidendo, vel euellendo, quemadmodum multi faciunt, ſemouere tentabis: atque dolores induces, quo nihil peius. Quibus expeditis, tamdem cum generantibus carnem, & incarnantibus procede, donec (Deo concedente) valetudinem bonam conſequaris.

Bubo vero cum primum naſcitur poſt aures, vel in collo; incidatur vena brachij, quæ cephalica dicitur; Si vero in ſubaxillis mediana, quæ communis nuncupatur, ſi in Inguinibus, Venæ ſub talo lateris eiuſdem poſitæ, & vocantur Saphenæ, qua peracta euacu atione, ſi expedierit, ſolutiuo ſubducatur Aluus.

His poſitis, tradenda eſt ea curatio, quæ traditur per localia medicamenta, & propria ipſius bubonis. Inueniemus autem auxilia accomodata, ſi ſcopos præ oculis habeamus huic malo debitos; *Eſt Bubo tumor præternaturalis, morbus in magnitudine, unà cum inflammatione*; Indicatur nobis, magnitudinem illam eſſe tollendā, & inflammationem eſſe reprimendam: Quare ratione ipſius inflam-

flammationis, vtendum eſſe refrigerantibus medicamentis; ratione autem magnitudinis, quæ fit propter materiam auctam, indicatur opus eſſe illius materiæ eductione, & ablatione; ſed quia hæc materia non ſolum multitudine offendit; ſed etiam praua, & venenata qualitate: Duo hic animaduertenda ſunt, Vnum, vt materia illa omnino extrahatur, idque citiſſimè, ne ibi detenta Venenum longè, latèq. per corpus diffundat; Alterum eſt, ne cum ſit in parte ignobili refrigerantibus medicamentis, quæ alioquin conuenirent ratione inflammationis, venenum intra corpus repellamus; Quapropter hic præcipuus ſcopus eſſe debet, vt quam citiſſimè fiat, & Attractio, & Euacuatio, quæ euacuatio, & ſenſibiliter, & inſenſibiliter fieri poteſt, Ad attrahendum, & euacuandum inſenſibiliter multa ſunt auxilia; Eſt in primis cucurbitula ſicca, & ignita, quæ appoſita attrahit, & inſenſibiliter etiam diſſipat; Eſt & ceratum Diachilon vocatum, apponunt etiam aliqui columbũ, vel gallum; nam diſſecant partes horum animalium poſteriores, adhuc viuentium. atque ita tepentes apponunt; fit enim, vt calore huiuſce partis venenum attrahatur, & diſſipetur: Idem præſtat columbinum ſtercus adhibitum, viperina pinguedo, Theriaca cum portiuncula argenti viui ſputo extincti, & ſimilia: Attractio autem, & euacuatio ſenſibilis fit, vt cucurbitula ſacrificata illi parti appoſita, Hyrudine etiam adhibita, aut ſcalpello. Veſicatoriũ quoque, & Cauterium apponitur ſtatim, vt ſcilicet, materia illa venenata, & attrahatur, & conſumetur.

In cura ſupradictor. tumorũ duo aduertenda proponũtur

Multa circa eoſdem proponuntur.

Vbi ſatis materia fuerit attracta, nec ſuſpicio ſit fore, vt venenũ intro reuertatur, totum ſtudium conuertendum eſt ad maturationem illius materiæ attractæ, quod quidem perficitur emplaſtris, & vnguentis. Laudatur magnoperè emplaſtrum conſtans ex malua, radicibus altheę, ex cępis, croco, therebintina, dictamno, & ſcordio; vel ex leuito, pulpa ficcuum ſiccarum, lacte, & croco; Hæc emplaſtra debent ſæpè remoueri, ter ſaltem in die, ac nocte; Eo quod cum venenum tumoris attrahatur ab emplaſmate, quanto magis permutatur, tanto melior fit attractio.

Ad maturandũ ſupradictũ humorẽ emplaſtrũ proponitur

Vbi maturauerit ſtatim aperiendus eſt, & aduerte, tumores peſtiferos eſſe aperiendos, priuſquam toti ad maturationem peruenerint; quia, vt dicebamus, hoc venenum quàm citiſſimè fieri poteſt educendum eſt: Vbi apertus eſt Tumor, vlcus diligentiſſimè emundandum eſt, ad quod agendum appoſitiſſima eſt Therebintina cum melle, & ſcordio. Emundato vlcere, ſequitur quod regeneretur Caro, quod quidem aſſequemur pulueribus ſarcoticis vocatis. Vbi genita eſt caro, & repletum vlcus; ſupereſt cicatricem inducere, cerato Diapalma, vel Caphurato.

Cautela in apertione tumoris.

Pruna

Pruna vero, & Ignis perſicus, ſiue Carbo eamdem, quam Anthrax curam exigunt. Et hæc de Febre peſtilentiali, & Peſte dicta ſufficiāt, quæ ſi conſiderentur, ex multis, ac penè infinitis remedijs vtiliora hæc, & certiora breuioribus verbis in vnum redacta comperies ad honorem Dei, immaculatæ Virginis, & ad proximorum vtilitatem.

FINIS.

PRæclarum hoc Opus hiſce temporibus optimè conueniens de Eſſentia, Cauſis, Signis, & Differentijs, & curatione Peſtis, Febriſque peſtilentialis, egregius Vir Thomas Groſſius Sypontinus in Ferrarienſi Gymnaſio Primarius Medicinæ Profeſſor in apertam lucem optimo publico vulgat, & ne ſe fundat nimium, exquiſito artificio ita peritè, ad peſtilentem luem præ cæteris Morbis dignoſcendam, eamquè ab humanis corporibus totis auxilijs depellendam aperit viam, vno vt in conſpectu ſtudium hoc inoperanti accidere liceat totius rei, de qua agitur, paratam Copiam. Quod Opus ego Frater Valentinus Mandulus Carmelita Doctor Theologus ita approbo, vt nullam læſæ Sanctæ Fidei Catholicæ, vel prauitatis morum ſuſpicionem præ ſe ferens, luce, laudequè dignum exiſtimem.

Ego Frater Valentinus Mandulus Carmelita, de mandato Eminentiſſimi, ac Reuerendiſſimi D. Cardinalis Magalotti Ferrariæ Epiſcopi vidi, & approbaui.

Imprimatur
Petrus Ioannes Bonafides Vic. Gener.

EX commiſſione Admod. Reuerend. Patris Magiſtri Fr. Paulus de Francis de Neapoli Inquiſitoris Generalis in Ciuitate, & Ducatu Ferrariæ, ego Fr. Hippolitus Bazanius Ordinis Seruorum, Sacræ Theologiæ Doctor, & Conſultor Sancti Officij vidi, & ſumma attentione perlegi Opuſculum, cui titulus eſt Quæſtio Vnica: An Morbi, ſcilicet, vagantes nomine Peſtis gaudere debeant, ab Illuſtri, & Excell. D. Thoma Groſſio, in Ferrarienſi ſtudio publico Medicinæ Interprete, & Lectore, & cum nihil in eo offenderim; quod vel Catholicæ Fidei, aut bonis moribus aduerſetur, imo exiſtimem tanti viri laborem omnibus hiſce præſertim temporibus profuturum, quòd quam primum poſſit imprimi cenſeo, & quod id fiat vehementer exopto. Ex Ædibus Seruorum Ferrariæ die 19. Nouembris 1630.

Ego idem Fr. Hippolitus qui ſupra.

Imprimatur
Fr. Paulus de Francis de Neapoli Inquiſit. Ferrariæ.

1/6-